

THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY



# *ANTONII GOÜAN*,

DOCT. MED. MONSP. REG. SOCIET. SCIENT.
SOCII, ET REG. SCIENT. HUMAN. LITTER.
ET INSCRIPT. ACAD. TOLOS. CORRESPOND.

# *FLORA MONSPELIACA*,
## SISTENS PLANTAS N°. 1850
## *AD SUA GENERA RELATAS*,

ET

HYBRIDA METHODO DIGESTAS;

*ADJECTIS*

NOMINIBUS SPECIFICIS, TRIVIALIBUSQUE,
SYNONYMIS SELECTIS,
HABITATIONIBUS PLURIUM IN AGRO MONSPELIENSI NUPER DETECTARUM,
ET EARUM QUÆ IN USUS MEDICOS VENIUNT
NOMINIBUS PHARMACEUTICIS,
VIRTUTIBUSQUE PROBATISSIMIS.






*LUGDUNI*,

Sumptibus BENEDICTI DUPLAIN, Bibliopolæ,
in vico majori Mercatorio, ſub ſigno Aquilæ.

M. DCC. LXV.



*VIRO SUMMO*

# D. D. GUIGNARD

*DE S^T. PRIEST,*

MÆCENATI SUO,







*N æternum obſervantiæ*
*Et grati animi ſpecimen,*
*Humillimè & ſecundùm*
*Vovet, dedicat, conſecrat*
Obſequioſus ſervus & cliens ANT. GOÜAN.



# PROŒMIUM.

TANTA fuit erga Hortum nostrum Regium Monspeliensem Botanicorum benignitas, ut plantas agri nostri rursus curiosis exhibere susceperimus. Expectata diu ab amicis prodit tandem Flora Monspeliaca, quam ab anno solido ad prælum missam nunc tantùm cum Publico communicare valet Typographus negotiis multigenis impeditus. Opus hocce digessimus methodo hybridâ, quam itidem egregio *Ludwigio* arrisisse videmus ex generibus plantarum à viro prælaudato anno 1760 editis, & ad me pro Auchoris clarissimi urbanitate mensis labentis initio missis. *Classes* ex Riviniano sistemate, *ordines* verò à classibus Linnæanis depromsimus; cùm primo intuitu faciliùs in Flore detegantur petalorum numerus, proportio, insertio, æqualitas, quàm sexuum affectio-

nes. Ex corolla *Monopetala* vel *Polypetala*, *regulari* aut *irregulari*, duodecim extruximus classes. Has sequuntur *flores compositi* ex corollis regularibus, ex irregularibus, ex utrisque. Agmen claudunt plantæ *Apetalæ*, & tandem *Cryptanthemæ*. Sic methodus nostra classibus septemdecim coërcetur. Flos *regularis* nobis dicitur cujus corolla monopetala polypetalave segmentis aut petalis constat inter se æqualibus, uniformibus, & à receptaculi centro æque dissitis: ubi verò horumce trium unum, alterumve, aut omnia deficiunt, flos nobis est *irregularis*; *veronica*, *verbascum*, *lycopsis*, *polyanthes*. Pro *compositis* habemus una syngenesiæ Linnæanæ genera, rejectis ad *simplices* aggregatis propriè dictis; ut *scabiosâ*, *globulariâ*, *dypsaco*, &c. Cùm nulli certi limites inter calycem & corollam adhuc reperti sint; & vix erret qui calycem pro corolla, aut corollam pro calyce sumit in plurimis generibus flore incompleto donatis, *daphne*, *thesio*, *polygono*, &c. monemus nos ea in re amicissimi *Cl. Linnæi* vestigiis constanter etiam inhæ-

rere. *Cryptanthemas* tandem diximus plantas quas complectitur *Linnæi celeb.* Cryptogamia, quarum flores inconſpicui atque adhucdum indeterminati.

Cùm noviſſimorum illuſt. *Linnæi* operum copiam non haberent Medicinæ ſtudioſi, & tantam jacturam lugerent, ipſorum precibus morigeri caracteres compendioſos quales exhibet ſiſtematis naturæ tomus alter, cuilibet generi appinximus, mutatis aut locupletatis quibuſdam. Notas ſecundarias compendiosè his ſubjunximus, ut in peregrinationibus botanicis librorum ſarcinâ in poſterum ii non premerentur.

Plura ſunt genera quorum ſpecies corollâ diversâ inſtruuntur, aut ſexuum numero inter ſe diſcrepant; hinc coacti fuimus, attributis primario & ſecundario aſſumptis inhærentes, claſſe, ordine, imò & ſubſectione has ſeparare, v. g. *ſcabioſa*, *pag.* 14. n°. 6. 7. & 8.. *gentiana*, *pag.* 15. n°. 9. 10. & 11.. *xanthium*, *pag.* 50. n°. 1. &c. &c. &c.

Repetita nonnulla genera monoïca, dioïca, aut polygama, in variis claſſi-

bus noſtris legere datur : cauſa fuit *maſculorum* à *femininis*, *hermaphroditorum* à reliquis diſcrimen, v. g. *najas*, *pag.* 55. & *pag.* 419.. *xanthium*, *pag.* 50. & *pag.* 412.. *holcus*, *pag.* 130. & *pag.* 431. &c. &c. &c. Ergo ne tyroni plantam androgynam, dioïcam, aut polygamam corollâ ludentem inquirenti aqua hæreret, genus bis ſcribendum fuit, in loco nimirum quem ſibi vindicabat flos quilibet.

Plantas omnes à Magnolio memoratas, etiam obſcuras plurimas atque inconcinnè determinatas, ad genera ſua & ſpecies retulimus, rogantibus, ut id negotii in nos ſuſceperimus, ſummis Europæ Botanicis *Linnæo*, *Seguierio*, *Sauvageſio*, *Gerardo*, *Hallero*, aliiſque; & pauciſſimas prorſus reliquimus ad calcem quas (ſi reverà exiſtant) tenentur autoptæ determinare. Specierum nuper hîc detectarum, anteceſſoribus in agro Monſpelienſi prætervisarum, habitationes indicavimus, & ſynonyma *Tourneſortii*, *Bauhinorum*, *Dalechampii*, *Bocconi*, & clariſſimorum virorum *Linnæi*, *Jacquini*, *Seguierii*, *Halleri*,

*Gerardi*, addidimus, ut adhibitus in Horto Regio noſtro ſynonymorum ordo idem hîc ſervaretur.

Virtutibus aſſignatis ad ſpecies uſuales, & datis nominibus ipſarum pharmaceuticis, nec non Gallicis, aſteriſco notantur ipſæ quarum quotidianus & familiaris uſus in Medicina; cruce verò inſtruuntur illæ quarum virtutes heroïcæ, appropriatæ, ſpecificæ.

Exoticæ plures in hocce opuſculo occurrunt apud nos cicures factæ, & ipſas veluti noſtrates memoravimus, quia in ipſas ut in indigenas incurrere poterant Botanices ſtudioſi.

Quemadmodum nomen idem vernaculum pluribus inditur ſpeciebus, aut ſpecies eædem diverſo nomine vernaculo inſigniuntur; inde nomina illa ſepoſuimus, quæ tamen in Indice proprio habentur, adjectis nomine latino numeroque ſpeciei cujuſlibet.

Ad calcem apponitur Appendix triplex. Prima ſiſtit genera, ſpecies, & ſynonyma aut à nobis omiſſa, aut ſeriùs inventa. Appendix altera recenſet ſpecies

à nobis nuper detectas, nimirum ab anno 1762, quo Hortum nostrum cum Publico communicavimus, ad hanc usque diem. Appendix tertia exhibet species animalium ad regnum vegetabile perperam à Magnolio relatas, adjectis ad quamlibet synonymiis *Linnæi ex speciebus animalium* depromtis. Hæc memoranda credidimus, ut plenior foret Botanici Magnoliani illustratio.

Sex Indicibus implentur ultimæ paginæ; primus nomina *generica* & *specifica* coërcet, secundus *synonyma*, tertius *trivialia*, quartus *pharmaceutica*, *gallica* quintus, tandem sextus *vernacula*.

Superest ut publicè testemur quantùm in inquirendis plantis nobiscum insudaverint honestissimi & indefessi viri, *Amoreux*, *Lafosse*, *Clapiers*, *Arnaud*, *Vicari*, *Bonotti*, *Giraud*, olim Medicinæ studiosi, nunc verò Doctores, diu Botanicorum laborum participes, qui montes, fluvia, præcipitiaque spreverunt; nec non eximii floræ cultores D. D. *Soubri*, Lugdunensis, Galliæ Quæsto-

rum Decanus, & Frater *Gabriel*, Capucinus, quibus omnibus plures novas ſpecies debemus. Ediſcant rariori ipſorum exemplo Medicinæ alumni Botanicam ſeriò excolere.

Dabam Monſpelii, die 14ª.
menſis Septemb. 1764.



# *AUCTORES*

# IN HOC OPERE CITATI.

| | | |
|---|---|---|
| *BAuh. pin.* | Gaſpari Bauhini pinax. . . | 1 *vol. in*-4°. |
| *Bauh. prod.* . . | Ejuſdem prodromus. . . . | 1 *vol. in*-4°. *cum fig.* |
| *B. hiſt.* . . . . | Joannis Bauhini hiſtoria. . . | 3 *vol. in-fol. cum fig.* |
| *Dalech. hiſt.* . | Dalechampii hiſtoria. . . . | 2 *vol. in fol. cum fig.* |
| *Lob. ic.* . . . | Lobelii ſtirpium icones. . . | 1 *vol. in* 4°. *cum fig.* |
| *Taber. ic.* . . . | Tabernæmontani icones. . . | 1 *vol. in* 4°. *cum fig.* |
| *Barr. ic.* . . . | Barrelieri icones. . . . . | 1 *vol. in fol. cum fig.* |
| *Bocc. muſ.* . . | Bocconi muſæum. . . . | 2 *vol. in*-4°. *cum fig.* |
| *Boc. ſic.* . . . | Bocconi deſcriptiones rariorum. . . . . . . . | 1 *vol. in* 4°. *cum fig.* |
| *Tour.* . . . . | Tournefortii inſtitutiones. . | 3 *vol. in* 4°. *cum fig.* |
| *Seg. ver.* . . . | Seguierii flora veronæ. . . | 3 *vol. in*-8°. *cum fig.* |
| *Mag. Bot.* . . | Magnolii Botanicum monſpelienſe. . . . . . . . . | 1 *vol. in*-12. *cum fig.* |
| *Mag. hort.* . . | Ejuſdem hortus monſpelienſis. . . . . . . . . | 1 *vol. in*-12. *cum fig.* |
| *H. m.* . . . . | Antonii Goüan hortus regius monſpelienſis. . . . . | 1 *vol. in*-8°. *cum fig.* |
| *Linn. ſp. ed.* 2. | Linnæi ſpecies plantarum, editio 2ª. . . . . . . . | 2 *vol. in*-8°. |
| *Linn. ſiſt.* . . | Ejuſdem ſiſtema naturæ, ed. 10ª. . . . . . . . | 3 *vol. in*-8°. |
| *Linn. amæn.* . | Ejuſdem amænitates academicæ. . . . . . . . . | 6 *vol. in* 8°. *cum fig.* |
| *Linn. cent.* . . | Ejuſdem centuriæ. . . . | 2 *vol. in* 8°. |
| *Scheuz. agr.* . | Scheuzeri agroſtographia. . | 1 *vol. in*-4°. *cum fig.* |
| *Hall. en.* . . . | Halleri enumeratio. . . . | 1 *vol. in*-8°. |
| *Jacquini* hiſtoria plantarum vindobonenſis. . | | 1 *vol. in-fol.* |
| *Sauv. meth.* . | Sauvageſii methodus foliorum. . . . . . . . . | 1 *vol. in*-8°. |
| *Ger. gall.* . . | Gerardi flora galloprovincialis. . . . . . . . . | 1 *vol. in*-8°. *cum fig.* |



# EXTRAIT DES REGISTRES

## *DE LA*

## SOCIÉTÉ ROYALE DES SCIENCES.

*Du 6. Septembre* 1764.

MRs. CUSSON, COULAS & AMOREUX, qui avoient été nommés pour examiner un Ouvrage de M. Goüan, qui a pour titre, *Flora Monspeliaca*, &c. en ayant fait leur rapport, la Compagnie a jugé que cet Ouvrage ne pouvoit être que très-utile aux Botanistes, tant par la nouvelle méthode qu'y propose l'Auteur, que par la description qu'il y donne d'un grand nombre de plantes, parmi lesquelles il indique des genres nouveaux, & beaucoup d'especes nouvelles; que plus de 150 de ces plantes ayant été découvertes par M. Goüan lui-même, dans les environs de Montpellier, ceux de ses compatriotes dont la curiosité se porte aux mêmes objets lui auroient dans tous les temps l'obligation particuliere de leur avoir fait connoître leurs propres richesses; qu'on ne pouvoit trop louer le soin qu'il a pris de rappeller aux genres établis par M. Linnæus & par d'autres Botanistes modernes les especes indiquées par M. Magnol dans son *Botanicum Monspeliense*, qui par-là se trouve éclairci & rectifié en plusieurs endroits; qu'enfin tout ce que dit M. Goüan sur les vertus médicinales des plantes usuelles, d'après des observations réitérées & constantes, augmentoit le mérite de l'Ouvrage, & le rendoit précieux à ceux qui desirent un bon Abrégé de Matiere Médicale. En foi de quoi j'ai signé le présent certificat. A Montpellier, ce sixieme Septembre mil sept cent soixante-quatre.

DE RATTE,
Directeur & Secretaire perpétuel de la Société Royale des Sciences.

# APPROBATION

*De Messieurs les Docteurs ordinaires en l'Université des Médecins de Montpellier.*

NOS CLAUDIUS CHAPTAL, NICOLAUS FOURNIER, THOMAS FITZ-MAURICE, LUDOVICUS ESTEVE, in alma & Regia Monspeliensium Medicorum Universitate Doctores ordinarii, unanimi Doctorum consensu præpositi, Opus Antonii Goüan cui titulus est *Flora Monspeliaca* summa cum cura pervolvimus, illudque saniori doctrinæ accommodatum judicavimus. Author methodo hybridâ hactenus intentatâ vegetabilia coordinat; species à *Magnolio* memoratas ad recentiorum genera & sub clariori luce refert; novas supra centum & quinquaginta, quarum aliquot adduxerat Nissolius, peregrinationibus & labori minimè parcens, intra biennium detexit; harum solemniores vires, doses, adhibendi methodum dilucidè & luculenter indicat, & tyrones dat informari maximo artis emolumento. In hoc certè plurimùm laudandus, quòd suis observationibus constat plantas 1800 in agro nostro hospitari, atque ita Hortum Regium qui Monspelii est speciebus 1000 facili marte locupletari docet. . In cujus rei fidem has ei Litteras propriâ syngraphâ subscriptas dedimus. Monspelii, die 17ª. Septemb. anno 1764.

CHAPTAL, FOURNIER, FITZ-MAURICE, ESTEVE.

# E R R A T A.

PAg. 4. *lin.* 16. ap-petala. *lege* apetala.
*ib.* 27. ap-petala. *lege* apetala.
21. 7. 5-ſubulatis. *lege* 5 ſubulatis.
22. 13. 5-ſubulatis. *lege* 5 ſubulatis.
31. 8. 2-erecti. *lege* 2 erecti.
34. 18. 2-longitudinalibus. *lege* 2 longitudinalibus.
40. 24. 6-ſtaminiferis. *lege* 6 ſtaminiferis.
47. 11. pettata. *lege* peltata.
55. 20. inter pedunculāris. *lege* inter-pedunculāris.
60. 12. appetala. *lege* apetala.
70. 11. 3-minoribus. *lege* 3 minoribus.
76. 27. *oſtigma.* lege *ſtigma.*
97. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
107. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
*ib.* 6. 2-membranacea. *lege* 2 membranacea.
105. 25. lagopus. *deleatur.*
197. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
104. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
*ib.* 6. 2-membranaceis. *lege* 2 membranaceis.
148. 5. 4-ſeſſilia. *lege* 4 ſeſſilia.
173. 6. 2-oppoſita. *lege* 2 oppoſita.
251. 6. 2-floriferis. *lege* 2-floris.
256. 7. cavente. *lege* carente.
267. 22. petiolatis. *lege* ſeſſilibus.
*ib.* 27. petiolatis. *lege* ſeſſilibus.
276. 31. hyandroſæmum. *lege* androſæmum.
333. 12. ramea-ſubalterna. *lege* ramea ſubalterna.

343. SCORZONERA n°. 1. *ad marginem* lege *humilis*.

6. OLEA n°. 1. *Angulosa*. *lege* Angulosa.

18. Myosotis n°. β. *Glabra*. *lege* Glabra.

*ib*. γ. *Hirsuta*. *lege* Hirsuta.

20. CYNOGLOSSUM no. 1. β. *Montanum*. *lege* Montanum.

27. *lin. penultimâ*. β. *Maritimus*. lege β. Maritimus.

35. 35. β. *Biflora*. *lege* β. Biflora.

72. 4. *Sylvestris*. *lege* Sylvestris.

107. 13. *Atropurpurea*. *lege* Atropurpurea.

259. 14. Anserina. *lege* *Anserina*.

262. 3. Filipendulæ. *lege* *Filipendulæ*.

278. *lin. penultimâ*. Lacmus. *lege* *Lacmus*.



# *Classis Ia.*

# MONOPETALI REGULARES.

## *DIANDRIA*

### * *MONOGYNIA.*

JASMINUM.

LIGUSTRUM.

PHYLLIREA.

OLEA.

SYRINGA.

## *TRIANDRIA*

### * *MONOGYNIA.*

CROCUS.

IRIS.

## *TETRANDRIA*

### * *MONOGYNIA.*

PLANTAGO.

SANGUISORBA.

GALIUM.

ASPERULA.

SHERARDIA.

RUBIA.

CRUCIANELLA.

*SCABIOSA.* 6. 7. 8.

*CONVALLARIA.* 5.

*GENTIANA.* 9. 10. 11.

### ** *DIGYNIA.*

CUSCUTA.

### *** *TRIGYNIA.*

ILEX.

# PENTANDRIA

* *MONOGYNIA.* GYMNOSPERMÆ.

*CRUCIANELLA.* 4.
HELIOTROPIUM.
MYOSOTIS.
LITHOSPERMUM.
ANCHUSA.
PULMONARIA.
CYNOGLOSSUM.
SYMPHITUM.
CERINTHE.
BORRAGO.
ASPERUGO.

** *MONOGYNIA.* ANGIOSPERMÆ.

ANDROSACE.
PRIMULA.
CYCLAMEN.
SAMOLUS.
CAMPANULA.
PHYTEUMA.
PLUMBAGO.
CONVOLVULUS.
MENIANTHES.
HOTTONIA.
ANAGALLIS.
LYSIMACHIA.
VINEA.
ATROPA.
DATURA.
SOLANUM.

CAPSICUM.

LYCIUM.

*** *DIGYNIA.*

GENTIANA.

CYNANCHUM.

ASCLEPIAS.

CRESSA.

*POLYGONUM.* 6.

**** *TRIGYNIA.*

VIBURNUM.

SAMBUCUS.

## *HEXANDRIA*

* *MONOGYNIA.*

CONVALLARIA.

HYACINTHUS.

ASPHODELUS.

* *DIGYNIA.*

*POLYGONUM.* 7. 8.

## *OCTANDRIA*

* *MONOGYNIA.*

VACCINIUM.

ERICA.

DAPHNE.

STELLERA.

** *DIGYNIA.*

*GENTIANA.* 12.

*** *TRIGYNIA.*

POLYGONUM.

**** *TETRAGYNIA.*

ADOXA. 1.

## DECANDRIA

### * MONOGYNIA.

ARBUTUS.

### ** POLYGYNIA.

COTYLEDON.

*ADOXA.*

## MONADELPHIA

### * POLYANDRIA.

LAVATERA.

MALVA.

ALCEA.

ALTHÆA.

## MONŒCIA

### * PENTANDRIA.

*Femina apetala.* XANTHIUM. maſ....

### ** POLYANDRIA.

JUGLANS. uterque ſexus.

POTERIUM. uterque ſexus.

### *** SYNGENESIA.

MOMORDICA. uterque ſexus.

CUCURBITA. uterque ſexus.

CUCUMIS. uterque ſexus.

BRYONIA. uterque ſexus.

## DIŒCIA

### * MONANDRIA.

*Femina apetala.* NAJAS. maſ....

### ** OCTANDRIA.

LAURUS. uterque ſexus.

# MONOPETALI REGULARES.

# *DIANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

### JASMINUM.

*Cor.* 5 - fida : *tubo* cylindrico. *Bacc.* 2 - cocca.

*Fruticulus*, flexuofus. *fol.* compofita.

1. JASMINUM foliis oppofitis pinnatis. *h. m.* 5. *Le jafmin.* *Officinale.*
   * PHARM. *Jafmini* flores, oleum coctum. Extus, vis uterina, antidyftocica.
2. JASM. foliis alternis ternatis fimplicibufque, ramis angulatis. *h. m.* 6. *Fruticans.*
   Jafminum luteum vulgò dictum Bacciferum. *mag. Bot.* 139. *hort.* 105.
3. JASM. foliis alternis pinnatis ternatifque, ramis angulatis. *h. m.* 6. *Humile.*
   Jafminum humilius luteum. *mag. hort.* 105.

### LIGUSTRUM.

*Cor.* 4 - fida : *tubo* cylindrico. *Bacc.* 4 - fperma.

*Frutex. fol.* fimplex. *inflor.* racemofa terminalis.

1. LIGUSTRUM. *h. m.* 6. *Le troëne.* *Vulgare.*
   Liguftrum germanicum. *mag. Bot.* 154. *hort.* 117.

## PHILLYREA.

*Cor.* 4-fida : *tubo* vix ullo. *Bacc.* 1-ſperma. *Frutex. fol.* ſimplex. *inflor.* glomerata axillaris.

*Media.* 1. PHILLYREA foliis ovato-lanceolatis ſubintegerrimis. *linn. ſiſt. nat.* 847.
Phillyrea foliis lanceolatis ſubintegerrimis. *h. m.* 6.
Phillyrea folio liguſtri. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.

*Anguſtifolia.* 2. PHILLYR. foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *h. m.* 7. *β.*
Phillyrea anguſtifolia prima. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.

*Latifolia.* 3. PHYLL. foliis ovato-cordatis ſerratis. *h. m.* 7. *Le filaris.*
Phillyrea folio ilicis. *mag. Bot.* 202.
Phillyrea latifolia ſpinoſa. *mag. hort.* 158.
Phillyrea folio leviter ſerrato. *mag. hort.* 159.

## OLEA.

*Cor.* 4-fida : *tubo* brevi. *drup.* 1-ſperma. *Arbor. fol.* ſubtus incano-nitens. *inflor.* ſubracemoſa axillaris.

*Europæa.* 1. OLEA. *h. m.* 7. *L'olivier.*
*Angulosa.* *β.* Olea media oblonga anguloſa. *mag. Bot.* 189. *hort.* 147.
Amygdalina. *γ.* Olea major anguloſa amygdali forma. *ej. Bot.* 189. *hort.* 147.
Craniomorpha. *δ.* Olea media, fructu oblongo corni figura. *Bot.* 189. *hort.* 147.
Sphærica. *ε.* Olea major ſubrotunda. *Bot.* 189. *hort.* 147. maxima.
Oblonga. *ζ.* Olea minor oblonga. *Bot.* 189. *hort.* 147.
Viridula. *η.* Olea media rotunda viridior. *Bot.* 190. *hort.* 147.

Olea media rotunda præcox. *Bot.* 190. *hort.* ϑ. 147. Præcox.

Olea minor rotunda racemosa. *Bot.* 190. *hort.* 147. ι. Racemosa.

Olea minor rotunda rubro-nigricans. *Bot.* 190. *hort.* 147. κ. Atro-rubens.

Olea minor rotunda ex rubro & nigro variegata. *Bot.* 190. *hort.* 147. λ. Variegata.

Olea sylvestris. *Bot.* 189. μ. Sylvestris.

* PHARM. *Olivæ* oleum expressum. Extus & intus vis emolliens, laxans, lubricans, obvolvens, antidolorifica, eccoprottica, anthelmintica. *Conditæ* stomachicæ. *Fex* resolvens. *Oleum* ad uncias intus.

### SYRINGA.

*Cor.* 4-fida: *tubo* cylindrico. *caps.* 2-locularis.

*Frutex. fol.* simplex. *inflor.* thyrsoidea terminalis.

1. SYRINGA foliis ovato-cordatis. *h. m.* 8. *Le lilac.* *Vulgaris.*

# TRIANDRIA

## MONOGYNIA.

### CROCUS.

*Cor.* 6-partita æqualis. *stigmata* convoluta.

*Herba. fol.* fasciculata linearis: supernè 1-sulcata: infernè 2-sulcata.

1. CROCUS spatha univalvi radicali, corollæ tubo longissimo. *h. m.* 24. *Le safran.* *Sativus.*

Crocus vernus minor alter, flore minori ex albo purpureo. *mag. Bot.* 81.

Crocus vernus angustifolius gemino bulbo. *Bauh. pin.* 67.

* PHARM. *Croci orientalis* ſtigma, pulvis, tinctura, extractum.. Vis anodina, alexiteria, exhilarans, reſolvens, emmenagoga, antecterica, antiemetica, ophtalmica. *ſtigmata*, *pulvis*, *tinctura* ad ſcrup. ſſ... *extractum* ad grana v.

HABITAT *à la Garrigue du Terrail*, *à Montferrier*, *la Valette*, *la Colombiere*. Floret Aprili, Februario.

## IRIS.

*Cal.* o. *cor.* 6-partita ſupera: *petalis* 3 interioribus. *ſtigma.* 3-partito-petaloideum.

*Herba. fol.* diſticha enſiformis. *fulc.* Bracteæ ſpathæformes flores diſtinguentes.

### * *Barbatæ.*

*Germanica.* 1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro. *h. m.* 25. *La flambe.*

Iris vulgaris violacea ſive purpurea ſylveſtris. *mag. Bot.* 141. *hort.* 105.

* PHARM. *Ireos noſtratis* radix. Intus vis diuretica! antihydropica! emmenagoga. Extus errhina, reſolvens. *ſuccus* ab uncia 1 ad 3.

*Pumila.* 2. IRIS corollis barbatis, caule foliis ſubæquali unifloro. *h. m.* 26.

Iris perpuſilla acaulis fermè ſaxatilis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris humilis latifolia colore violaceo. *mag. hort.* 106.

Anguſtifolia. β. Iris maritima Narbonenſis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris anguſtifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.

Lutea. γ. Iris minor lutea. *Bot.* 142. *hort.* 106. & flore albo. *ibid.* 106.

Iris humilis flore luteo. *Tour.* 362.

HABITAT copioſè in ſaxoſis citra & ultra amnem, *à Grabels*, ubi Martio floribus cæruleis, albis, & luteis variat.

## * Imberbes.

3. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus. *h. m.* 26. *Pſeudo-acorus.*
Iris paluſtris lutea ſive acorus adulterinus. *mag. Bot.* 142. *hort.* 106.
* PHARM. *acori paluſtris* radix. Intus vis adſtringens.
4. IRIS corollis imberbibus, petalis internis longitudine ſtigmatis. *h. m.* 26. *Le glayeul puant.* *Fœtidiſſima.*
Iris ſylveſtris ſeu xyris. *mag. Bot.* 142.
Iris agria fœtida ſive xyris. *mag. hort.* 106.

# TETRANDRIA MONOGYNIA.

## PLANTAGO.

*Cor.* 4-fida reflexa. *capſ.* 2-locularis polyſperma.
*Herba. fol.* ſimplex. *inflor.* ſpicata terminalis.

## * Scapo nudo.

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *h. m.* 69. *Le plantain large.* *Major.*
Plantago latifolia ſinuata. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.
Plantago latifolia tota glabra. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.
* PHARM. *Plantaginis* radix, folia, aqua deſtillata, ſemina. Intus & extus vis adſtringens, vulneraria, antiulceroſa, ophtalmica.
2. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *h. m.* 69. *Le plantain moyen.* *Media.*
Plantago latifolia incana. *mag. Bot.* 303. *hort.* 160.

β. Plantago latifolia hirſuta minor. *mag. hort.* 160.
* Vis ſpeciei primæ.

*Lanceolata.* 3. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *h. m.* 69. *Le plantain étroit.*
Plantago anguſtifolia major. *mag. Bot.* 206. *hort.* 160.
* Vis ſpeciei primæ.

*Lagopus.* 4. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ovata hirſuta, ſcapo angulato. *h. m.* 670.
Plantago anguſtifolia, capitulis lagopi. *mag. Bot.* 206. *hort.* 160.

*Albicans.* 5. PLANT. foliis lineari-lanceolatis hirſutis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti foliis longiore. *h. m.* 70.
Holoſteum hirſutum albicans minus. *mag. Bot.* 132.
Plantago anguſtifolia albida Monſpelienſis. *mag. hort.* 160.

*Alpina.* 6. PLANT. foliis linearibus planis hirſutis, ſpica oblonga erecta. *h. m.* 70.

*Maritima.* 7. PLANT. foliis ſemi-cylindricis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *h. m.* 70.
Coronopus maritima major. *mag. Bot.* 76. *hort.* 63.

*Subulata.* 8. PLANT. foliis ſubulatis triquetris rigidis, ſcapo tereti. *h. m.* 70.
β. Coronopus ſerpentina. *mag. Bot.* 79.

*Coronopus.* 9. PLANT. foliis lineari-pinnatifidis. *h. m.* 70.
Coronopus hortenſis. *mag. Bot.* 79.
Coronopus ſive cornu cervinum vulgò ſpica plantaginea. *mag. hort.* 63.

### * *Caule ramoſo.*

*Pſyllium.* 10. PLANTAGO caule ramoſo ſuffruticoſo, foliis integerrimis, ſpicis aphyllis. *h. m.* 71. & folioſis. *ibid. L'herbe aux puces.*
Pſyllium majus ſupinum. *mag. Bot.* 214. *hort.* 165.
*PHARM. *Pſyllii* ſemina, mucilago. Vis obvolvens refrigerans, conſolidans, ophtalmica, antidyſenterica, antihæmoptoïca, gargariſmica.

*Cynops.* 11. PLANTAGO caule ramoſo herbaceo, foliis dentatis recurvatis, ſpicis aphyllis. *h. m.* 71.

Psyllium majus erectum. *mag. Bot.* 214. *hort.* 165.

## SANGUISORBA.

*Cal.* 2-phyllus. *cor.* plana. *caps.* inter calycem & corollam.

*Herba. fol.* impari-pinnata. *inflor.* spicata terminalis.

1. SANGUISORBA spicis ovatis. *h. m.* 71. *La pimprenelle.* *Officinalis.*
Pimpinella sanguisorba major. *mag. Bot.* 204. *hort.* 159.
* PHARM. *Pimpinellæ italicæ majoris* radix. Intus vis adstringens tonica, antidysenterica.

## GALIUM.

*Cor.* 4-fida plana supera. *sem.* 2, subglobosa.

*Herba. fol.* verticillata. *inflor.* sub-paniculata.

### * *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis quaternis ovatis inæqualibus, caulibus diffusis. *h. m.* 68. *Le caille lait blanc.* *Palustre.*
Galium palustre album. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.
2. GALIUM foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevioribus. *h. m.* 66. *Le caille lait jaune.* *Verum.*
Galium luteum. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.
* PHARM. *Galii lutei* comæ floridæ. Vis antidysenterica, antiepileptica, lac coagulans.
3. GALIUM foliis senis lanceolatis, retrorsum serrato-aculeatis rigidis, corollis fructu majoribus. *linn. sp. pl.* 106. *syst. nat.* 892. *Uliginosum.*
HABITAT *au Capouladou & à Lesperou* in fossis udis, & pratis.
4. GALIUM foliis octonis linearibus subserratis pa- *Mollugo.*

tentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *h. m.* 67.

Rubia sylvestris lævis. *mag. Bot.* 224.

Aparine sylvestris lævis. *mag. hort.* 19.

β. Galium album. *mag. Bot.* 104. vulgare. *hort.* 84.

Galium album vulgare. *Tour.* 115.

Mollugo montana angustifolia vel galium album latifolium. *B. pin.* 334.

*Glaucum.* 5. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis summo caule floriferis. *h. m.* 67.

Rubia montana angustifolia. *mag. Bot.* 225.

### * *Fructu hispido.*

*Rotundifolium.* 6. GALIUM foliis ovatis quaternis lævibus obtusis, panicula dichotoma, seminibus hispidis. *h. m.* 67.

*Aparine.* 7. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis scabris, retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *h. m.* 67. *Le grateron.*

Aparine vulgaris. *mag. Bot.* 25. *hort.* 19.

*Parisiense.* 8. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hispidis. *linn. sp. pl.* 108.

Aparine minima. *mag. Bot. app.* 291.

HABITAT in sterilibus & saxosis, *à la Valette, la Colombiere, & à Gramont.*

Copiosius cum flore vidimus æstate *à Lamalou* inter muscos.

## ASPERULA.

*Cor.* tubulosa supera. *sem.* 2, globosa. *Herba. fol.* verticillata. *inflor.* fasciculata terminalis.

*Odorata.* 1. ASPERULA foliis octonis, fasciculis pedunculatis. *h. m.* 65.

* PHARM. *Matrisylvæ* herba. Vis diluens, diuretica, antihexanthematica.

HABITAT *à Lamalou, & à Lesperou.*

*Arvensis.* 2. ASPERULA foliis senis, floribus sessilibus aggregatis terminalibus. *h. m.* 65.

Rubia cærulea elatior vel erectior. *mag. Bot.* 224.
Aparine cærulea elatior. *mag. hort.* 19.

3. ASPERULA foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus. *h. m.* 65. *Taurina.*
Aparine latifolia lævis. *mag. hort.* 19.

4. ASPERULA foliis linearibus, inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *h. m.* 66. *Tinctoria.*

5. ASPERULA foliis inferioribus senis, summis quaternis: alternis minoribus, floribus 4-fidis. *h. m.* 66. *Cynanchica.*
Rubia cynanchica. *mag. Bot.* 225.
Aparine foliis gramineis. *mag. hort.* 19.

## SHERARDIA.

*Cor.* tubulosa supera. *sem.* 2, tridentata.
*Herba. fol.* verticillata. *fulc.* Bractea rotata involucriformis flores aggregatos sustinens.

1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *h. m.* 64. *Arvensis.*
Rubia parva, flore cæruleo se spargens. *mag. Bot.* 224.
Aparine pumila supina flore cæruleo. *mag. hort.* 19.

## RUBIA.

*Cor.* campanulata supera. *sem.* 2, Baccata.
*Herba. fol.* verticillata. *rad.* stolonifera. *inflor.* dichotoma.

1. RUBIA foliis senis. *h. m.* 68. *La garence.* *Tinctorum.*
Rubia sylvestris Monspessulana major. *mag. Bot.* 224. *hort.* 175.
* Pharm. *Rubiæ tinctorum* radix. Intus vis adstringens, diuretica, emmenagoga, antirachitica.

## CRUCIANELLA.

*Cor.* tubulosa supera. *cal.* 2 - phyllus inferus. *sem.* 2, linearia inter calycem & corollam.

*Herba. fol.* verticillata. *inflor.* spicata terminalis.

*Angustifolia.* 1. CRUCIANELLA erecta, foliis linearibus senis. *h. m.* 68.
Rubeola angustifolia spicata. *mag. Bot.* 225. *hort.* 175.

*Latifolia.* 2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis lanceolatis. *h. m.* 68.
Rubia latifolia spicata. *mag. hort.* 175.

*Monspeliaca.* 3. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis ovatis, rameis subquinatis linearibus. *linn. syst. nat. p.* 893.
Crucianella repens, foliis senis, spicis longis. *h. m.* 68.
Rubia spicata repens. *mag. Bot.* 225.
Rubeola spicata repens. *mag. hort.* 175.
HABITAT in saxosis *à Masuri, & au pont de Villeneuve.*

## SCABIOSA.

*Cal. recept. inflor. fol.* vide classem 2^am. *Tetrand. monogyn.*

*Cor.* 4 - fida.

*Leucantha.* 6. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, squamis calycinis ovatis obtusis. *h. m.* 61.
Scabiosa montana calidarum regionum. *mag. Bot.* 231. *hort.* 180.

*Succisa.* 7. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *h. m.* 62. *La scabieuse des bois, ou la succise.*

Succisa sive morsus diaboli. *mag. Bot.* 247.
Scabiosa folio integro. *mag. hort.* 180.
*PHARM. *Morsus diaboli vel succisæ* radix, herba. Vis alexiteria, vulneraria, antianginosa, scabiosæ succedanea.

8. SCABIOSA corollulis æqualibus quadrifidis, trifidisque, foliis caulinis sub 3 pinnatis. *h. m.* 62. *Gramuntiana.*
Scabiosa capitulo globoso, foliis in tenuissimas lacinias divisis. *mag. Bot.* 231. *hort.* 170.

## CONVALLARIA.

*Cal. Bacc. caul.* vide ejusdem classeos *Hexand. monogyniam.*
*Cor.* 4-fida rotata. *fol.* petiolata. *inflor.* racemosa.

5. CONVALLARIA caule folioso, foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 177. *Bifolia.*

## GENTIANA.

*Casp. caul. fol.* vide ejusdem classeos *Pentand. digyniam.*
*Cal. & Cor.* 4-fida.

9. GENTIANA corollis quadrifidis fauce barbatis. *h. m.* 129. *Campestris.*
Gentiana verna minor. *mag. hort.* 85.
10. GENTIANA corollulis imberbibus quadrifidis verticillatis sessilibus. *h. m.* 129. *Cruciata.*
11. GENTIANA corollis quadrifidis margine ciliatis. *linn. sp.* 231. *Ciliata.*
HABITAT à *Lesperou.* Floret Augusto & Septembri.



# TETRANDRIA
## DIGYNIA.
### CUSCUTA.

*Cal.* 4-partitus. *cor.* 4-fida ovata. *capf.* 2 locul. circumſciſſa.

*Cotyl.* o. *fol.* o. *rad.* o. *herba* paraſitica, filamentoſa.

*Nota.* Semina ſata emittunt cauliculum filiformem, volubilem, cotyledonibus, foliis & radicibus deſtitutum; ubi autem pars hujus ſuperior, plantæ vicinæ cuilibet ita adhæſit ut ex illa nutrimentum hauriat, tunc pars inferior marceſcit, perit. Imo ſi corpori exſucco, uti petræ, adhæreat, tota perit.

*Europæa.* 1. CUSCUTA floribus ſeſſilibus. *h. m.* 74. *La cuſcute, l'épithyme.*
Cuſcuta major. *mag. Bot.* 81. *hort.* 65.
Cuſcuta minor ſive epithymum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 65.
* PHARM. *Cuſcutæ, epithymi* herba. Vis dubia; aperiens, antimelancholica, antihypochondriaca *ex Tournefortio.*

# TETRANDRIA
## TETRAGYNIA.
### ILEX.

*Cal.* 4-dentatus. *cor.* rotata. *ſtil.* o. *Bacc.* 4-ſperma.

*Arbor. fol.* ſimplex, marginibus cartilagineo-calloſa.

*Aquifolium.* 1. ILEX foliis ovatis acutis ſpinoſis. *h. m.* 75. *Le houx.*
Aquifolium vulgò. *mag. Bot.* 6.

Aquifolium

Aquifolium sive agrifolium vulgò. *mag. hort.* 21.
Obs. Variat foliis integerrimis, apice tantùm spinosis.

# PENTANDRIA

## MONOGYNIA.

### CRUCIANELLA.

*Cal. sem. caul. fol. fulc.* vide ejusd. classeos *Tetrand. 2-gyniam.*
*Cor.* 5-fida.

4. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis, spicis interruptis. *h. m.* 68. *Maritima.*
Rubia maritima. *mag. Bot.* 226. Rubeola. *ejusd. hort.* 175.
Rubia maritima aspera. *mag. Bot.* 226.

* *GYMNOTETRASPERMÆ.*

### HELIOTROPIUM.

*Cor.* infundibuliformis, 5-fida, interjectis dentibus: fauce clausâ fornicibus.
*Herba. inflor.* spicata suboppositifolia: spicæ pars florifera recurva: fructifera stricta.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis plicatis tomentosis, spicis solitariis. *Linn. syst. nat. pag.* 913. *Supinum.*
Habitat in herbidis, *à Valene & au Capouladou* secus fluvium.
Procumbit, & heliotropio vulgari multò ramosius.
2. HELIOTROPIUM foliis ovatis petiolatis, caule erecto. *h. m.* 78. *L'heliotrope ou l'herbe aux verrues.* *Europæum.*

Heliotropium majus Dioſcoridis. *mag. Bot.* 125. *hort.*

* PHARM. *Heliotropii* herba, ſuccus. Extus vis abſtergens, antiulceroſa antiherpetica, antiverrucoſa.

## MYOSOTIS.

*Cor.* Hypocrateriformis, 5-fida: lobis emarginatis fauce clauſâ fornicibus.

*Herba. inflor.* racemoſa terminalis: racemi pars florifera recurva: fructifera ſtricta.

*Scorpioides.* 1. MYOSOTIS ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. *h. m.* 79. *L'oreille de ſouris.*

*Glabra.* β. Echium ſcorpioides paluſtre. *mag. Bot.* 88. Lithoſpermum paluſtre minus. *mag. hort.* 121.

*Hirſuta.* γ. Echium ſcorpioides arvenſe. *mag. Bot.* 88. Lithoſpermum arvenſe minus. *mag. hort.* 121.

*Lappula.* 2. MYOSOT. ſeminum aculeis triglochidibus, foliis piloſis lanceolatis. *h. m.* 79.

Cynogloſſum medium & minus. *mag. Bot.* 79. *hort.* 67.

*Apula.* 3. MYOSOTIS ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis. *h. m.* 79.

Anchuſa lutea minima. *mag. Bot.* 19. *hort.* 14.

HABITAT copioſiſſimè in luco, *en allant à Perauls.*

## LITHOSPERMUM.

*Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis: fauce nudâ.

*Herba & frutex*; ramis floriferis bifidis.

*Officinale.* 1. LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus, corollis calicem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 80. *Le gremil.*

Lithoſpermum ſive milium ſolis. *mag. Bot.* 163. *hort.* 122.

* PHARM. *Lithospermi* semina. Intus vis absorbens, adstringens, diuretica? mucosa è renibus everrens?

2. LITHOSPERMUM seminibus rugosis, corollis vix calyces superantibus. *h. m.* 80. *Arvense.*
Lithospermum nigrum flore albo, semine echii. *mag. Bot.* 164.
Anchusa angustifolia lithospermi folio flore albo. *mag. hort.* 14.

3. LITHOSPERMUM seminibus lævibus, corollis calycem multoties superantibus. *h. m.* 80. *Purpuro-cæruleum.*
Lithospermum repens majus. *mag. Bot.* 163.
Anchusa latifolia, flore purpureo. *mag. hort.* 14.

4. LITHOSPERMUM staminibus corollam æquantibus. *h. m.* 80. *Fruticosum.*
Anchusa lignosior angustifolia. *mag. Bot.* 18. *hort.* 14.

## ANCHUSA.

*Cor.* infundibuliformis: tubo basi prismatico: fauce fornicatâ. *sem.* oblonga.
*Herba. inflor.* spicata secunda terminalis.

1. ANCHUSA foliis lanceolatis, spicis imbricatis. *h. m.* 81. *La buglosse.* *Officinalis.*
Buglossum angustifolium majus. *mag. Bot.* 40. *hort.* 35.
* PHARM. *Buglossi* radix, herba, succus, flores. Vis eadem ac borraginis.

2. ANCHUSA subtomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus corolla brevioribus. *Linn. sp. pl. edit.* 2a. *pag.* 192. *L'orcanette.* *Tinctoria.*
Lithospermum *tinctorium*, villosum, caulibus procumbentibus simplicissimis. *h. m.* 80.
Anchusa monspeliaca. *mag. Bot.* 18.
Anchusa puniceis floribus. *mag. hort.* 14.

## PULMONARIA.

*Cor.* infundibuliformis: fauce perviâ. *cal.* prismatico-5-gonus.

*Herba. fol.* ſcabra ſeſſilis. *inflor.* terminalis congeſta.

*Officinalis.* 1. PULMONARIA foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *h. m.* 82. *La pulmonaire.*

* PHARM. *Pulmonariæ maculatæ* herba, ſyrupus. Vis vulneraria conſolidans, demulcens, bechica, antiphtyſica... Datur in ptiſanis juſculis...*ſyrupus* ad unc. 11.

HABITAT in fagetis *à Lamalou, à l'Eſperou, au Vigan.*

## CYNOGLOSSUM.

*Cor.* infundibuliformis. *fauce* fornicatâ. *ſem.* depreſſa, interiori tantùm latere ſtylo affixa.

*Herba. fol.* mollis. *inflor.* ſecunda ſubracemoſa.

*Officinale.* 1. CYNOGLOSSUM ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis ſeſſilibus tomentoſis. *h. m.* 81. *Le cynogloſſe.*

*Montanum.* β. Cynogloſſum majus vulgare. *mag. Bot.* 83. *hort.* 67. *Linn. demonſt. plant.* & *amæn. acad.* 3. *pag.* 402.

HABITAT β. in declivibus *au Capouladou, & à Lamalou.*

* PHARM. *Cynogloſſi* radix, herba. Intus vis adſtringens ſubnarcotica; extus reſolvens, antiulceroſa, antiphtiriaca. Intus *radix* decocta ad uſque unc. 1. *folia* verò ad uſque man. 1... * *pillulæ cynogloſſi* à gran. IV ad X.

*Apenninum.* 2. CYNOGLOSSUM ſtaminibus corollam æquantibus. *h. m.* 82.

Cynogloſſum montanum maximum. *mag. hort.* 67.

Cynogloſſum folio virenti. *mag. Bot. app.* 294.

Cynogloſſum ſempervirens. *Bauh. pin.* 257. *mag. hort.* 67.

Cynogloſſum montanum virente folio, flore majori. *Tour.* 140. & minori. *ibidem.*

3. CYNOGLOSSUM foliis tomentosis incanis spathulatis semiamplexicaulibus. *h. m.* 82. *Cheirifolium.*
Cynoglossum creticum argenteo angusto folio. *mag. Bot.* 83. *hort.* 67.

## SYMPHYTUM.

*Cor.* limbus tubulato-ventricosus : *fauce* radiis 5-subulatis clausâ. *stil.* calycibus longior.

*Herba. fol.* decurrens. *inflor.* congesta terminalis.

1. SYMPHYTUM foliis omnibus alternis. *h. m.* 83. *La consoude.* *Officinale.*
Symphytum consolida major. *mag. Bot.* 247. mas & fæmina. *hort.* 190.
* PHARM. *Consolidæ majoris* radix, herba, flores, syrupus. Extus & intus vis glutinans, vulneraria, obvolvens, adstringens, antihæmoptoïca antidysenterica, ischæma, ... ab unc. ss. ad unc. 2, in decocto.

2. SYMPHYTUM foliis summis oppositis. *h. m.* 83. *Tuberosum.*
Symphytum majus tuberosâ radice. *mag. Bot.* 248. *hort.* 191.

## CERINTHE.

*Cor.* limbus tubulato-ventricosus : *fauce* nudâ. *sem.* 2, ossea bilocularia.

*Herba*, scabra. *inflor.* laterifolia solitaria pedunculata. *fol.* scabra alterna.

1. CERINTHE foliis amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis. *Linn. sp. pl. edit.* 2a. 194. *h. m.* 83. *Le melinet.* *Major.*
HABITAT *à Pezenas*, in arvis circa urbem.

## ONOSMA.

*Cor.* limbus tubulato-ventricoſus : *fauce* nudâ. *ſem.* 4.

*Herba* pilis rigidis exaſperata. *inflor.* laterifolia ſolitaria pedunculata. *fol.* conferta ſparſa hiſpida.

*Echioides.* 1. ONOSMA foliis lanceolatis hiſpidis, fructibus erectis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. *pag.* 196.
Cerinthe, *echioides*, foliis lanceolato-linearibus hiſpidis, ſeminibus quaternis diſtinctis. *h. m.* 84.

## BORRAGO.

*Cor.* rotata : *fauce* clauſâ, radiis 5-ſubulatis.

*Herba. inflor.* laterifolia ſubracemoſa.

*Officinalis.* 1. BORRAGO foliis omnibus alternis, caulibus patentibus. *h. m.* 84. *La bourrache.*
Borrago floribus cæruleis, & albis. *mag. hort.* 34.
* PHARM. *Borraginis* herba, ſuccus, flores. Intus vis expectorans incidens, antipleuritica, antiperipneumonica... nitro ſcatet.

## ASPERUGO.

*Cal.* ſeminifer compreſſus, lamellis plano-parallelis.

*Herba. inflor.* axillaris ſubſolitaria ſubſeſſilis.

*Procumbens.* 1. ASPERUGO calycibus fructiferis reflexis cauli appreſſis. *h. m.* 85.
Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus. *mag. Bot.* 41.
Bugloſſoides caulibus procumbentibus. *mag. hort.* 35.

** *ANGIOSPERMÆ.*

## ANDROSACE.

*Cor.* Hypocrat. infera: *fauce* glandulosâ. *capſ.* 1-locularis.

*Herba. inflor.* umbellata ſimplex, terminans *ſcapum.*

1. ANDROSACE perianthiis maximis. *h. m.* 87. *Maxima.*
Androſace altera Mathioli. *mag. hort.* 14. *nov. char.* 222.
2. ANDROSACE foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus. *h. m.* 87. *Septentrionalis.*
3. ANDROSACE foliis linearibus glabris, umbella involucris multoties longiore. *h. m.* 87. *Lactea.*
4. ANDROSACE foliis ſubulatis glabris, umbella involucris breviore. *h. m.* 88. *Carnea.*

## PRIMULA.

*Cor.* infundibul. infera: *fauce* perviâ. *capſ.* 1-locularis.

*Herba. inflor.* umbellata terminans ſcapum.

1. PRIMULA foliis dentatis rugoſis. *h. m.* 88. *La prime-vere.* *Officinalis.*
Primula veris caulifera pallido flore vix odoro. *mag. Bot.* 213.
Primulæ veris ſpecies omnes. *mag. hort.* 164.
* PHARM. *Primula veris* radix, herba, flores, conſerva, aqua.
Vis ſubanodina, nervina, cardiaca, reſolvens, antipareſica. *flor.* antivertiginoſi. *rad.* anticephalæïca.
2. PRIMULA foliis ſerratis glabris. *h. m.* 88. *L'oreille d'ours.* *Auricula.*
Obſ. hujus & prioris innumeræ in hortis varietates. Utraque variat calycibus & corollis 8-fidis, 8-andris.

*Farinosa.* 3. PRIMULA foliis crenatis glabris. *h. m.* 88.

*Vitaliana.* 4. PRIMULA foliis linearibus integerrimis, floribus sessilibus. *h. m.* 89.

*Integrifolia.* 5. PRIMULA foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubulosis obtusis. *h. m.* 89.

## CYCLAMEN.

*Cor.* rotata reflexa infera. *caps.* baccam fovens.

*Herba. scapus* 1-florus : florifer spiralis : fructifer convolutus.

*Europæum.* 1. CYCLAMEN corolla retroflexa. *h. m.* 89. *Le pain de pourceau.*

Cyclamen byzantinum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 66. & varietates.

* PHARM. *Cyclaminis* radix. *Arthanitæ* unguentum. Intus vis minùs tuta, drastica, emmenagoga. Extus tutior, resolvens, antischirrosa, cathartica, emmenagoga, anthelmintica.

## SAMOLUS.

*Cor.* rotata supera. *stigm.* capitatum. *stam.* munita squamulis corollæ.

*Herba. fol.* alterna. *inflor.* racemosa terminalis.

*Valerandi.* 1. SAMOLUS. *h. m. Le mouron d'eau.*

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato. *mag. Bot.* 18.

Samolus valerandi. *mag. hort.* 178.

## CAMPANULA.

*Cor.* campanulata. *filam.* basi dilatata. *stigm.* 3-fidum.

*Herba. fulc.* glandulæ ad margines foliorum... *lact.* alba *sæpius.*

OBS. Variat calycibus, corollisque 6-fidis, hexandris.

## * *Foliis lævioribus angustioribus.*

1. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *h. m.* 96. *Rotundifolia.*

β. Campanula alpina linifolia cærulea. *mag. Bot.* 47. *icon.* 46.

γ. Campanula alpina rotundifolia minor. *mag. hort.* 29.

δ. Campanula rotundifolia minor vulgaris. *mag. hort.* 29.

2. CAMPAN. foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *h. m.* 96. *Le raiponce.* *Rapunculus.*

Rapunculus esculentus. *mag. Bot.* 220.

Campanula radice esculentâ, flore cæruleo. *mag. hort.* 29.

3. CAMPANULA foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis, sessilibus remotis. *h. m.* 97. *Persicifolia.*

Rapunculus persicifolius magno flore. *mag. Bot.* 220.

Campanula persicifolia. *mag. hort.* 29.

## ** *Foliis scabris latioribus.*

4. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *h. m.* 97. *Trachelium.*

Campanula vulgatior foliis urticæ, major & asperior. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

5. CAMPANULA caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali. *h. m.* 97. *Glomerata.*

Campanula pratensis, flore conglomerato. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

6. CAMPANULA capsulis 5-locularibus tectis, calycum sinubus reflexis. *h. m.* 96. *Medium.*

Campanula foliis echii, floribus villosis. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

Campanula hortensis, folio & flore oblongo. *mag. hort.* 38.

### *** *Caule ſubdiviſo.*

*Speculum.* 7. CAMPANULA caule diffuſo ramoſiſſimo, foliis ſeſſilibus utrinque dentatis. *h. m.* 98.

Onobrychis arvenſis, ſeu campanula arvenſis erecta. *mag. Bot.* 45.

Campanula arvenſis erecta. *mag. hort.* 39.

*Hybrida.* 8. CAMPANULA caule baſi ſubramoſo ſtricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capſulis priſmaticis. *Linn. ſp. pl.* 168.

HABITAT in arvis, *à Aniane, Villemagne, Viols.* Affinis priori.

*Erinus.* 9. CAMPANULA caule ſimplici, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis, floribus ſeſſilibus aggregatis. *h. m.* 98.

Rapunculus minor foliis inciſis. *mag. Bot.* 220.

Campanula minor annua, foliis inciſis. *mag. hort.* 39.

*Hederacea.* 10. CAMPANULA foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Linn. ſp.* 169.

Campanula cymbalariæ folio vel hederaceo. *Tour.* 112. *mag. hort.* 39.

HABITAT in arvis, *à Montpeyroux.*

## PHYTEUMA.

*Cor.* rotata, 5-partita : laciniis linearibus. *ſtigm.* 3-fidum.

*Herba. inflor.* terminalis. *fulc.* bracteæ ſetaceæ floſculis interjectæ.

*Hemiſphærica* 1. PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis linearibus integerrimis. *h. m.* 99.

*Orbicularis.* 2. PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis, radicalibus cordatis. *h. m.* 99.

*Spicata.* 3. PHYTEUMA ſpicâ oblongâ, capſulis 2-locularibus, foliis radicalibus cordatis. *h. m.* 99.

Rapunculus *ſpicatus ſive* comoſus cæruleus. *mag. Bot.* 220. *hort.* 172. & flore albo. *ibid.*

4. PHYTEUMA fasciculo terminali sessili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. *h. m.* 100. *Comosa.*

## PLUMBAGO.

*Cor.* infundibul. infera. *stam.* squamis basin corollæ claudentibus inserta. *stigm.* 5-fidum. *sem.* 1, oblongum tunicatum.

*Herba. fulc.* glandulæ supra calyces pedicellatæ glutinosæ.

1. PLUMBAGO foliis amplexicaulibus ciliatis, basi angustioribus. *h. m.* 92. *La dentelaire.* *Europæa.*
Lepidium dentillaria dictum. *mag. Bot.* 135.
Plumbago quorundam Clusii. *mag. hort.* 160.
* Pharm. *Dentariæ* radix. Extus vis caustica, antiodontalgica.

## CONVOLVULUS.

*Cor.* campanulata plicata. *stigm.* 2. *caps.* 2-locularis loculis 2-spermis....calycis foliola (sæpe) inæqualia.

*Herba. inflor.* axillaris pedunculata.

### * *Caule volubili.*

1. CONVOLVULUS foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis trifloris. *h. m.* 93. *Le petit liseron.* *Arvensis.*
Convolvulus minor arvensis. *mag. Bot.* 74. *hort.* 61. flore albo. *ibid.*
* Pharm. *Convolvuli minoris* herba. Extus vis resolvens, subanodina.

2. CONVOLVULUS foliis sagittatis posticè truncatis, pedunculis unifloris. *h. m.* 93. *Le grand liseron.* *Sepium.*
Convolvulus major albus. *mag. Bot.* 73. *hort.* 61.
Convolvulus major albus maritimus, crassiori & auriculato folio. *mag. Bot.* 73. β. *Maritimus.*

* PHARM. *Convolvuli majoris* herba. Extus vis eadem prioris.

*Althæoides.* 3. CONVOLVULUS foliis palmatis cordatis sericeis; lobis repandis, pedunculis bifloris. *h. m.* 93.

Convolvulus peregrinus pulcher folio betonicæ. *mag. Bot.* 74.

Convolvulus argenteus althææ folio. *mag. hort.* 61.

### ** *Caule prostrato nec volubili.*

*Cneorum.* 4. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obtusis sericeis. *h. m.* 94.

Convolvulus spicæfolius argenteus radice repente. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

*Cantabrica.* 5. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso recto, pedunculis bifloris. *h. m.* 94.

Convolvulus minimus spicæfolius, vel stæchadi citrinæ affinis aut linariæ folio. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

*Soldanella.* 6. CONVOLVULUS foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *h. m.* 94. *La soldanelle ou chou marin.*

Soldanella maritima minor. *mag. Bot.* 244.

Convolvulus maritimus nostras. *mag. hort.* 61.

* PHARM. *Soldanellæ* herba. Vis drastica, hydragoga, antihydropica. *pulvis* à drachm. ſſ. ad drachm. 1. *succus* ad unc. ſſ. *folia* ad man. 1. in jusculo.

## MENIANTHES.

*Cor.* rotata hirsuta. *stigm.* 2-fidum. *caps.* 2-locularis.

*Herba*, immersa. *fol.* natans. *inflor.* emersa racemosa vel solitaria.

*Trifoliata.* 1. MENIANTHES foliis ternatis. *h. m.* 91. *Le trefle d'eau.*

* PHARM. *Trifolii aquatici* herba, succus. Vis

roborans, ſaponacea, diuretica antihydropica, antiſcorbutica, antipodagrica.

HABITAT circa Nemauſum, ubi obſervavit illam *Clar. Seguierus.*

2. MENIANTHES foliis cordatis integerrimis. *Linn. ſp.* 145. *Nymphoides.*

Nymphæa minor lutea, flore fimbriato. *mag. Bot.* 302.

Nymphoides aquis innatans. *mag. hort.* 145.

HABITAT in foſſis inundatis cum utricularia; *à Lattes* ad lævam, & eodem tempore floret: pedunculi uniflori, ſolitarii, aut geminati, ſæpe aggregati.

## HOTTONIA.

*Cor.* Hypocrat. *ſtam.* tubo corollæ impoſita. *ſtigm.* globoſum. *capſ.* 1-locularis.

*Herba* immerſa. *fol.* alterna pinnata. *inflor.* emerſa, verticillato-racemoſa terminans ſcapum.

1. HOTTONIA pedunculis verticillato-multifloris. *Linn. ſp.* 145. *Paluſtris.*

HABITAT in paludibus *au Caila.* Floret Junio, Julioque.

## ANAGALLIS.

*Cor.* rotata. *ſtigm.* capitatum. *capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

*Herba* 4-gona. *fol.* oppoſita ſeſſilis integerrima.

1. ANAGALLIS foliis indiviſis, caule procumbente. *h. m.* 93. *Le mouron.* *Arvenſis.*

Anagallis phæniceo flore, *mag. Bot.* 17. *maſ.* β. *hort.* 14. Phænicea.

*Cærulea.* γ. Anagallis cæruleo flore. *mag. Bot.* 17. fæmina; *hort.* 14.

* PHARM. *Anagallidis* herba, ſuccus. Vis cephalica, anticonvulſiva vulneraria.... Variat foliis ſummis ternis.

## LYSIMACHIA.

*Cor.* rotata. *ſtigm.* obtuſum. *capſ.* mucronata 10-valvis.

*Herba. fol.* oppoſita ſimplex. *inflor.* incerta.

### * *Floribus terminalibus.*

*Vulgaris.* 1. LYSIMACHIA paniculata, racemis terminalibus. *h. m.* 90. *La corneille ou chaſſeboſſe.*

Lyſimachia lutea major. *mag. Bot.* 172. *hort.* 128.

* PHARM. *Pelliboſſæ* herba. Vis aſtringens, vulneraria.

### ** *Floribus axillaribus.*

*Linum ſtellatum.* 2. LYSIMACHIA foliis ſubulatis, pedunculis folio brevioribus, caule erecto ramoſiſſimo. *h. m.* 91.

Linum minimum ſtellatum. *mag. Bot.* 163. *icon.* 162. *hort.* 122.

HABITAT copioſiſſimè in ſterilibus, & herbidis, *à Selleneuve.*

*Nemorum.* 3. LYSIMACHIA foliis orbiculatis acuminatis ſeſſilibus, pedunculis folio duplo longioribus, caule procumbente. *h. m.* 91.

Anagallis lutea nemorum. *mag. hort.* 14.

*Nummularia.* 4. LYSIMACHIA foliis orbiculatis obtuſis ſubpetiolatis, pedunculis longitudine foliorum, caule repente. *h. m.* 91. *L'herbe aux écus ou la nummulaire.*

Nummularia major lutea. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

* PHARM. *Nummulariæ* herba. Vis ſaponacea, ſubaſtringens, iſchæma vulneraria, antileucorrhoïca.

5. LYSIMACHIA foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *h. m.* 91. *Tenella.*
Nummularia minor purpurascente flore. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

## VINCA.

*Cor.* Hypocrater. contorta. *stigm.* alterum altero impositum. *folliculi* 2-erecti.
*Herba* suffruticosa flexuosa. *fol.* enervia opposita integerrima.

1. VINCA floribus pedunculatis solitariis, nectariis globosis. *h. m.* 119. *La pervanche.* *Major.*
Clematis daphnoides major. *mag. Bot.* 70. *hort.* 58. flore albo, variegato. *ibid.*
* PHARM. *Vincæ pervincæ* herba. Intus vis adstringens. Extus sophisticans, gargarismica.

## DATURA.

*Cal.* tubulosus angulatus deciduus. *cor.* infundibul. plicata. *caps.* 2-locularis, 4-valvis.
*Herba.* *inflor.* interfoliacea solitaria. *fulc.* spinulæ capsulares.

1. DATURA pericarpiis spinosis ovatis erectis. *h. m.* 104. *L'endormie ou le stramonium.* *Stramonium.*
Solanum fætidum, pomo spinoso, flore albo. *mag. Bot.* 243.
Stramonia seu datura major fætida, pomo spinoso oblongo. *mag. hort.* 190.
* PHARM. *Stramonii* folia, semina. Intus vis inebrians, phantastica, perniciosa; extus stupefactiva, emolliens, subresolvens, antihemorrhoidalis, anticancrosa, antiulcerosa.

## ATROPA.

*Cor.* campanulata. *stam.* distantia incurvata. *bacc.* globosa 2-locularis.

*Herba. inflor.* interfoliacea solitaria. *fructus* nudi.

*Belladonna.* 1. ATROPA foliis geminatis, calycibus monocarpis, caule erecto. *h. m.* 107. *La belladonne.*
Solanum somniferum & lethale. *mag. Bot.* 243.
Solanis affinis belladonna dicta. *mag. hort.* 186.
*. PHARM. *Belladonnæ* folia, baccæ, aqua. Intus vis vertiginosa, phantastica, paralytica, anodina, narcotica, perniciosa nisi cautissimè agatur; extus anodina, resolvens, faciei rubori, hemorrhoidum phlogosi, cacoethe adversa, anticarcinomatosa †... Contra carcinoma intus datur quâlibet vice cyathus infusi foliorum belladonnæ exsiccatorum ad scrup. 1. in aq. lib. v.
Obs. frequens *à l'Esperou*, ubi variat floribus 6-fidis dodecandris.

## SOLANUM.

*Cor.* rotata. *antheræ* subcoalitæ, apice poro gemino dehiscente. *bacc.* 2-locularis.

*Frutex* & *herba. inflor.* caulina subracemosa, supra axillaris.

### * *Inermia.*

*Dulcamara.* 1. SOLANUM caule inermi flexuoso frutescente, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *h. m.* 108. *La douce amere.*
Solanum scandens seu dulcamara. *mag. Bot.* 243. *hort.* 186.
* PHARM. *Dulcamaræ* stipites. Vis diluens, mundificans, diuretica, pellens, antiictcrica, rheumatismo,

matiſmo, pleuritidi, aſthmati adverſa *ex Linnæo.* *Stipitum* unc. 2 in aq. comm. pint. 2 coctæ.

2. SOLANUM foliis pinnatis, foliolis integerrimis: impari maximo. *h. m.* 109. *Le taupinambour.* *Tuberoſum.*

Solanum tuberoſum eſculentum. *mag. hort.* 186.

3. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *h. m.* 109. *La morelle.* *Nigrum.*

Solanum officinarum baccis rubris. *mag. Bot.* 243. *hort.* 186.

β. Solanum officinarum baccis luteo-vireſcentibus. *mag. hort.* 186.

* PHARM. *Solani* herba, ſuccus, aqua. Extus vis anodina, repellens, antiphlogiſtica, anticarcinomatoſa, antiproctalgica.

## ** *Spinoſa.*

4. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis tomentoſis nigris, calycibus ſpinoſis. *h. m.* 110. *L'aubergine.* *Melongena.*

Solanum pomiferum fructu oblongo. *mag. hort.* 187. albo. *ibid.*

β. Solanum pomiferum fructu incurvo. *mag. hort.* 187.

γ. Solanum pomiferum fructu aculeato. *mag. hort.* 177.

## CAPSICUM.

*Cor.* rotata. *antheræ.* conniventes imperforatæ. *bacc.* exſucca.

*Herba. inflor.* ſolitaria, vaga *ut in priori.*

1. CAPSICUM caule herbaceo, pedunculis unifloris. *h. m.* 111. *Le corail des jardins.* *Annuum.*

Capſicum majus vulgatius. *mag. hort.* 41.

* PHARM. *Piperis indici* fructus. Vis acerrima, tuſſiva, orexica, ſubinflammatoria.

OBS. In hortis variat (*uti melongena*) fructu oblongo

aut ſphærico, rubro, flavo, aut cæruleſcente; erecto aut propendente. *Tour. mag. hort.* 41.

## LYCIUM.

*Cor.* tubuloſa : *fauce* clauſâ filamentis barbatis. *bacc.* 2-locularis.

*Frutex. fol.* carnoſa integerrima. *fulc.* aculei ſtipulares.

*Europæum.* 1. LYCIUM foliis cuneiformibus. *h. m.* 111.
Rhamnus cortice albo monſpelienſis. *mag. Bot.* 221. *hort.* 172.
Obs. Pedunculi axillares plures, uniflori, æquales.

# *PENTANDRIA*

## *DIGYNIA.*

### * *OPPOSITIFOLIÆ.*

## GENTIANA.

*Cor.* tubuloſa indeterminata. *capſ.* 2-valvis, 1-locularis : *receptaculis* 2-longitudinalibus.

*Herba*, angulata. *fol.* ſeſſilis. *inflor.* indeterminata.

### * *Corollis ſubcampaniformibus.*

*Lutea.* 1. GENTIANA corollis quinquefidis rotatis verticillatis, calycibus ſpathaceis. *h. m.* 108. *La gentiane.*
Gentiana major lutea. *mag. hort.* 85.
* Pharm. *Gentianæ* radix, extractum. Vis tonica, ſtomachica, antiicterica anthelmintica, anticachectica, febribus intermittentibus adverſa. In ſubſtan. à ſcrup. 1. ad drach. 1. extract. à gr. x ad ſcrup. 1.

2. GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis oppositis sessilibus, foliis amplexicaulibus. *h. m.* 128. *Asclepiadea.*

3. GENTIANA corollis quinquefidis campaniformibus verticillatis, calycibus subsphataceis. *Linn. sp. pl.* 227. *Purpurea.*

HABITAT in pascuis humidis, *entre l'Espinouse & Lamalou.*

4. GENTIANA corollis quinquefidis campaniformibus punctatis, calycibus quinquedentatis. *Linn. sp.* 227. *Punctata.*

HABITAT cum priori, *& à l'Esperou.*

5. GENTIANA corolla quinquefida campanulata caulem excedente. *Linn. sp. pl.* 228. *Acaulis.*

Gentiana alpina magno flore. *mag. hort.* 85.

HABITAT cum priori. Variat foliis latioribus, angustioribusque.

## ** *Corollis infundibuliformibus.*

6. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule ramoso dichotomo, floribus sessilibus. *h. m.* 129. *La petite centaurée.* *Centaurium.*

Centaurium minus. *mag. Bot.* 57. *hort.* 49. & flore purpureo; & albo. *ibid.*

β. Centaurium minimum ramosum. *mag. Bot.* 57. purpureum. *hort.* 49.

* PHARM. *Centaurii minoris* herba, extractum, flores. Vis tonica, stomachica, anticachectica, antiicterica, antitertianaria. In subst. à scrup. 1 ad drach. 1. extractum à gran. 10 ad scrup. 1.

7. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule simplici apice dichotomo, floribus pedunculatis. *Pumila.*

Caule simplicissimo, floribus terminalibus subternis: intermedio sessili. β. *Biflora.*

Centaurium pusillum luteum. *mag. Bot.* 58. *hort.* 59.

Centaurium luteum novum. *col.* ep. 78. *ic.* 77. bona.

Centaurium luteum pusillum non perfoliatum; *B. pin.* 278. *mag. Bot.* 58. *ejusd. hort.* 49.

HABITAT ultra pagum *Ferauls* ad dexteram, in sylva dicta *lou bos de Latour*, ubi copiosè florentem Maio vidimus. *Caulis* palmaris, raro altior, acutè tetragonus, apice dichotomus. *Folia* uninervia, *sæpius* ovalia, nec ovato-lanceolata ut in gent. cent. Pedunculi crassi teretes semiunciales. *Calyces* acutè quinquangulares, foliolis subulatis longitudine tubi corollæ. *Corollæ* flavæ unciales. *Capsulæ* cylindricæ paulò longiores. *Calyces* persistentes à corollis difficilè separabiles.. β. caule donatur ferè palmari apice bifloro: altero terminali: altero laterali; interdum bifido, triflorove: floribus lateralibus æqualiter pedunculatis: intermedio sessili.

*Spicata.* 8. GENTIANA corollis quinquefidis infundibuliformibus, floribus sessilibus alternis. *Linn. sist. nat. tom.* 2. 952.

Centaurium minus spicatum album. *mag. Bot.* 59. *hort.* 49. rubrum. *ibid.*

HABITAT cum priori & in maritimis herbidis. Occurrit frequens *à l'Esperou.*

## CYNANCHUM.

*Cor.* rotata contorta. *nectar.* cylindricum. 5-dentatum. *folliculi* 2.

*Herba* volubilis. *fol.* petiolata. *inflor.* cymosa. *lactesc.* alba.

*Monspeliacum.* 1. CYNANCHUM caule volubili herbaceo, foliis reniformicordatis acutis. *h. m.* 121. *La scammonée de Montpellier.*

Scammonea monspeliaca foliis rotundioribus. *mag. Bot.* 232.

Apocynum scammoneæ facie monspeliacum foliis rotundioribus. *mag. hort.* 20.

* PHARM. *Scammonium monspeliacum.* Vis ferè eadem ac scammonii syriaci, sed debilior.

## ASCLEPIAS.

*Cor.* reflexa contorta. *nectar.* 5, auriformia, corniculata. *folliculi* 2.

*Herba* ſubvolubilis. *fol.* petiolata. *inflor.* umbellata. *lacteſc.* alba.

1. ASCLEPIAS foliis ovatis baſi pubeſcentibus, caule erecto, umbellis proliferis. *h. m.* 122. *Le dompte-venin.* *Vincetoxicum.*

Aſclepias albo flore. *mag. Bot.* 30. *hort.* 23.

* PHARM. *Aſclepiadis, vincetoxici, hirundinariæ* radix, herba, aqua, extractum. Vis pellens, ſudorifera, diuretica, antihydropica! ex *Linnæo*, & emmenagoga. In ſubſt. à drach. 1: in infuſo aut decocto ab unc. ſſ. ad unc. 1: extract. à drach. ſſ. ad drach. 1. ſſ.

2. ASCLEPIAS foliis ovatis baſi pubeſcentibus, caule ſupernè ſubvolubili. *h. m.* 122. *Nigra.*

Aſclepias nigro flore. *mag. Bot.* 30. *hort.* 24.

* *ALTERNIFOLIÆ.*

## CRESSA.

*Cal.* 2-phyllus. *cor.* hypocrat: limbo reflexo. *ſtam.* tubo inſidentia. *capſ.* 2-valvis 1-ſperma.

*Herba. fol.* integerrima. *inflor.* glomerato-racemoſa.

1. CRESSA. *h. m.* 127. *Creticum.*

Anthyllis. *mag. Bot. app.* 290. *hort.* 18.

## POLYGONUM.

*Cal.* o. *cor.* 5-partita calycina. *ſem.* 1, angulatum.

*Caul. inflor. fulcr.* Vide ejuſd. claſſeos *Octand. tryginiam.*

*Amphibium.* 6. POLYGONUM floribus pentandris semidigynis, staminibus corollâ longioribus. *h. m.* 198.
Potamogeton salicis folio. *mag. Bot.* 213.
Persicaria salicis folio, perennis. *mag. hort.* 157.

# PENTANDRIA

## TRIGYNIA.

### VIBURNUM.

*Cal.* 5-partitus superus. *cor.* 5-fida. *bacc.* 1-sperma.

*Arbor. fol.* opposita. *inflor.* cymosa terminalis.

*Tinus.* 1. VIBURNUM foliis integerrimis ovatis, ramificationibus subtus villoso-glandulosis. *h. m.* 153. *Le laurier-tin.*
Laurus sylvestris corni fæminæ folio hirsuto. *mag. Bot.* 153. *hort.* 114.
β. Laurus sylvestris foliis venosis. *mag. hort.* 114.

*Lantana.* 2. VIBURNUM foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis. *h. m.* 153. *La viorne.*
Viburnum vulgò. *mag. Bot.* 275. *hort.* 204.

*Opulus.* 3. VIBURNUM foliis lobatis, petiolis glandulosis. *h. m.* 153. *L'obier.*
Sambuco affinis, opulus. *mag. hort.* 177.

### SAMBUCUS.

*Cal.* 5-partitus. *cor.* 5-fida. *bacc.* 3-sperma.

*Arbor.* & *herba. fol.* opposita composita.

*Ebulus.* 1. SAMBUCUS cymis tripartitis, stipulis foliaceis. *h. m.* 154. *L'ieble.*
Sambucus ebulus sive sambucus humilis. *mag. Bot.* 229. *hort.* 177.
* PHARM. *Ebuli* radix, cortex interior, folia,

flores, ſemina. Intus vis ſubnarcotica, draſtica, pellens, antihydropica. Extus reſolvens antiœdematoſa.

2. SAMBUCUS cymis quinquepartitis, caule arboreo. *h. m.* 154. *Le ſureau.* *Nigra.*

Sambucus fructu in umbella nigro. *mag. Bot.* 229. *hort.* 177.

* Pharm. *Sambuci* cortex interior, folia, flores, baccæ, rob. Vis ſubanodina, pellens alvum, urinam, ſudores, lac : cortex antihydropicus † : flores reſolventes, antieryſipelatoſi † : baccæ antidyſentericæ : corticis ſuccus ab unc. 1 ad 3.

# *HEXANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

### CONVALLARIA.

*Cal.* o. *cor.* campanulata infera. *bacc.* maculoſa 3-locularis, 3-ſperma.

*Herba. inflor.* & *fol.* indeterminata. *rad.* nodoſa.

1. CONVALLARIA ſcapo nudo, corollis campanulatis. *h. m.* 176. *Le lys de vallée.* *Majalis.*

Lilium convallium album. *mag. Bot. app.* 301. *hort.* 118.

* Pharm. *Lilii convallii* flores, aqua. Vis cephalica, nervina, errhina, reſolvens, ſuſpecta *Linnæo.* Aqua ſimplex ad unc. 4; ſpirituoſa ad unc. 1.

Habitat *à St. Guilhen le déſert, à la Serane.*

2. CONVALLARIA foliis verticillatis. *h. m.* 177. *Verticillata.*

3. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris. *h. m.* 177. *Le ſceau de Salomon.* *Polygonatum.*

Polygonatum latifolium vulgare. *mag. Bot.* 208. *hort.* 162.

* PHARM. *Sigilli Salomonis* radix. Vis vulneraria, astringens, antiherniosa.

*Multiflora.* 4. CONVALLARIA foliis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *h. m.* 177.

Polygonatum latifolium maximum. *mag. hort.* 162.

## HYACINTHUS.

*Cal.* o. *cor.* campanulato-globosa infera: *pori* 3 melliferi supra germen.

*Herba* scaposa. *rad.* bulbosa.

*Comosus.* 1. HYACINTHUS corollis angulato-cylindricis, summis sterilibus longiùs pedicellatis. *h. m.* 178.

Hyacinthus maximus botryoides. *mag. Bot.* 133.

Hyacinthus botryoides maximus comâ cæruleâ. *mag. hort.* 100.

*Botryoides.* 2. HYACINTHUS corolli globosis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis. *h. m.* 179.

Hyacinthus vernus botryoides cæruleus minor, angustioribus foliis, & odoratius. *mag. Bot.* 133. *hort.* 100.

## ASPHODELUS.

*Cal.* o. *cor.* 6-partita infera. *nectar.* ex valvulis 6-staminiferis germen tegentibus.

*Herba. rad.* tuberosa fasciculata.

*Ramosus.* 1. ASPHODELUS scapo nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus. *h. m.* 175. *L'asphodele.*

Asphodelus albus ramosus mas & non ramosus. *mag. Bot.* 31. *hort.* 24.

HABITAT copiosissimè citra & ultra amnem in saxosis, *à Grabels & à Selleneuve.* Folia interiora subtriquetra & carnosiora.

# HEXANDRIA

## DIGYNIA.

### POLYGONUM.

*Cal. cor. ſem. caul. inflor.* Vide ejuſdem claſſeos *Octandr. trigyniam....*

7. POLYGONUM floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. *h. m.* 198. *Le poivre d'eau.* *Hydropiper.*
Perſicaria urens ſeu hydropiper. *mag. Bot.* 201. *hort.* 157.
*PHARM. *Perſicariæ urentis* herba. Intus vis diuretica. Extus reſolvens, abſtergens, antiœdematoſa.

8. POLYGONUM floribus hexandris digynis, ſpicis ovatis oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *h. m.* 198. *La perſicaire.* *Perſicaria.*
Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa. *mag. Bot.* 201. *hort.* 157.
* PHARM. *Perſicariæ mitis* herba. Vis aſtringens, vulneraria, abſtergens, antigangrænodæa. *Tourn.*

# OCTANDRIA

## MONOGYNIA.

### VACCINIUM.

*Cal.* 4-dentatus ſuperus. *cor.* 4-fida. *bacc.* 4-locul. polyſperma.

*Fruticulus. fol.* alterna petiolata. *inflor.* ſolitaria.

1. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis ovatis ſerratis deciduis, caule angulato. *h. m.* 196. *Myrtillus.*

*Lairelle* ou *myrtille*. Vitis idæa angulosa. *mag. hort.* 206.

* PHARM. *Myrtilli* baccæ, rob. Vis subrefrigerans, subastringens, antidiarrhoïca.

*Uliginosum.* 2. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus basi ciliatis... *Linn. sp.* 352.

Vitis idæa foliis subrotundis exalbidis. *Tour.* 608.

HABITAT in uliginosis *à l'Esperou*, ubi primus æstate præteritâ adinvenerat D. D. *de Soubri* lugdunensis, Zoologiæ & Botanices indefessus ac eximius cultor.

## ERICA.

*Cal.* 4-phyllus inferus. *cor.* 4-fida. *caps.* 4-locularis.

*Arbor.* & *frutex. fol.* sessilis, opposita, terna, quaterna, quina.

### * *Antheris bicornibus.*

*Vulgaris.* 1. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis. *h. m.* 194. *La bruyere.*

Erica vulgaris glabra. *mag. Bot.* 90. *hort.* 74. & hirsuta. *ibid.*

*Scoparia.* 2. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis patentibus ternis, ramis tomentosis. *h. m.* 195.

Erica scoparia flosculis herbaceis. *mag. Bot.* 90. *hort.* 74.

*Viridi-purpurea.* 3. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis ovatis longioribus, racemis corymbosis secundis, folii ternis. *h. m.* 195.

Erica major floribus herbaceo-purpurascentibus. *mag. Bot.* 90. *hort.* 74.

*Cinerea.* 4. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis racemosis ovatis, foliis ternis linearibus glabris. *h. m.* 195.

Erica humilis cortice cinereo, arbuti flore. *mag. hort.* 74.

Erica ternis per intervalla ramulis. *mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

5. ERICA antheris bicornibus inclusis, corollis campanulatis longioribus, foliis quaternis patentissimis, caule subarboreo tomentoso. *h. m.* 195. *Arborea.*

Erica maxima alba. *mag. Bot.* 90. *hort.* 74.

## ** *Antheris simplicibus obtusis emarginatis.*

6. ERICA antheris simplicibus bifidis exsertis, corollis campanulatis longioribus, foliis quinis linearibus patentibus. *h. m.* 195. *Multiflora.*

Erica juniperifolia densè fruticans narbonensis. *mag. Bot.* 90. *hort.* 74.

## DAPHNE.

*Cal.* o. *cor.* 4-fida marcescens. *bacc.* 1-sperma pulposa.

*Frutex. fol.* sparsa conferta integerrima sessilis.

Obs. In prioribus 2 generibus, stamina *receptaculo* incerta, in isto autem & sequenti, *tubo* corollæ affixa sunt.

## * *Floribus lateralibus.*

1. DAPHNE floribus sessilibus ternis axillaribus, foliis lanceolatis, caulibus simplicissimis. *h. m.* 196. *Le bois gentil.* *Mezereum.*

Thymelæa lauri folio deciduo sive laureola fæmina. *mag. hort.* 195.

2. DAPHNE floribus sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis glabris. *h. m.* 196. *Thymælea.*

Thymelæa foliis polygalæ glabris. *mag. Bot.* 305.

3. DAPHNE racemis axillaribus, foliis lanceolatis glabris. *h. m.* 196. *La lauréole mâle.* *Laureola.*

Laureola sempervirens flore viridi, seu laureola mas. *mag. Bot.* 152. *hort.* 113.

* Pharm. *Mezerei* cortex, folia, baccæ. Vis inflammatoria, drastica, malè tuta. *Cortex* & *folia* à gran. 6 ad 12. *baccæ*, n°. 3 aut 4.

** *Floribus terminalibus.*

*Gnidium.* 4. DAPHNE paniculâ terminali, foliis lineari-lanceolatis acuminatis. *h. m.* 196.
Thymelæa monſpeliaca. *mag. Bot.* 252.
Thymelæa foliis lini. *mag. hort.* 195.

*Cneorum.* 5. DAPHNE floribus congeſtis terminalibus ſeſſilibus, foliis nudis lanceolatis. *Linn. ſp.* 357.
Daphne humifuſa foliis oblongis flores ſeſſiles ſubcingentibus. *ſauv.* 57.
Thymæleæ affinis facie externâ. *mag. hort.* 195.
HABITAT *à l'Eſperou.*

## STELLERA.

*Cal.* o. *cor.* 4-fida. *ſem.* 1, roſtratum. *Herba* rigeſcens. *fol.* rigida alterna ſeſſilis integerrima.

*Paſſerina.* 1. STELLERA foliis linearibus, floribus 4-fidis. *h. m.* 197.
Lithoſpermum linariæ folio germanicum. *mag. Bot.* 164.
Sanamunda annua linariæ folio. *mag. hort.* 178. *ejuſd. char.* 150.

# OCTANDRIA
# DIGYNIA.

## GENTIANA.

*Cal.* 8-partitus. *cor.* 8-fida. *capſ. caul. fol. inflor.* Vide ſuprà ejuſdem claſſeos *Pentandriam digyniam.*

*Perfoliata.* 12. GENTIANA corollis octandris, foliis perfoliatis. *h. m.* 129.
Centaurium luteum perfoliatum. *mag. Bot.* 57. *hort.* 49.

OBS. Variat foliis ternis, calycibus campanulatis 8-dentatis vel 8-partitis.

# OCTANDRIA TRIGYNIA.

## POLYGONUM.

*Cal.* o. *cor.* 5-partita calycina. *ſem.* 1, angulatum. *ſuffruticulus* & *herba. fol.* alterna. *fulc.* ſtipulæ vaginantes.

1. POLYGONUM caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *h. m.* 198. *La biſtorte.* *Biſtorta.*

Biſtorta major radice minùs intortâ. *mag. hort.* 33. & minor. *ibid.*

* PHARM. *Biſtortæ* radix. Vis adſtringens, iſchæma, antidiarrhoïca, antileucorrhoïca. In ſubſt. à ſcrup. 1. ad drach. 1: ab unc. ſſ, ad unc. 1. coctа in aquæ lib. 3.

2. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule herbaceo procumbente. *h. m.* 199. *La renouée ou trenaſſe.* *Aviculare.*
Datur foliis linearibus.

Polygonum latifolium. *mag. Bot.* 209. *hort.* 162.

β. Polygonum anguſtifolium. *mag. Bot.* 209. *hort.* 162.

* PHARM. *Centinodiæ* herba, aqua. Vis adſtringens, vulneraria, iſchæma, antidyſenterica † *Chomel.*

3. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule ſtipulis obducto fruticoſo. *h. m* 199. *Maritimum.*

Polygonum maritimum latifolium. *mag. Bot.* 209. *hort.* 162.

4. POLYGONUM foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus. *h. m.* 199. *Le bled noir*, ou ſarraſi- *Fagopyrum.*

Fagopyrum vulgare erectum. *mag. hort.* 77.

*Convolvulus.* 5. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili; floribus planiusculis. *Linn. sp.* 364.

Fagopyrum vulgare scandens. *mag. hort.* 77.

Convolvulus minor semine triangulo. *mag. Bot.* 75.

HABITAT in arvis & vineis, *à Grammont*, *Selleneuve*, *Castelnau.*

# OCTANDRIA TETRAGYNIA.

## ADOXA.

*Cal.* 2-fidus inferus. *cor.* supera 4-f. 5-fida. *bacc.* 4-f. 5-locularis calyce coalita.

*Herba. fol.* digitata opposita. *inflor.* glomerata terminalis.

*Moschatellina.* 1. ADOXA. *h. m.* 200.

OBS. Flores laterales 5-fidi, decandri, pentagyni; terminales quadrifidi octandri tetragyni numero plures.

# DECANDRIA MONOGYNIA.

## ARBUTUS.

*Cal.* 5-partitus. *cor.* ovata basi diaphanâ. *bacc.* 5-locularis.

*Frutex. fol.* alterna. *inflor.* racemosa terminalis.

*Unedo.* 1. ARBUTUS caule erecto, foliis glabris serratis, baccis polyspermis. *h. m.* 208. *L'arbousier.*

Arbutus folio serrato. *mag. Bot.* 26. *hort.* 21.

*Uva ursi.* 2. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *h. m.* 208. *La bousserole.*

* Pharm. *Uvæ urſi* folia. Vis adſtringens, ulceri renum adverſa, & dolores à calculo mirè ſedans. *Haën. rat. med. part.* v. pulvis ad drach. ſſ. quolibet die.

# *DECANDRIA*

## *PENTAGYNIA.*

### COTYLEDON.

*Cal.* 5-fidus. ſquamæ nectariferæ. 5 ad baſin germinis. *capſ.* 5.

*Herba. fol.* ſucculenta petiolata pettata *inflor.* racemoſa.

1. COTYLEDON foliis cucullatis ſerrato-dentatis alternis caule ramoſo, floribus erectis, fructibus recurvis. *h. m.* 220. *Le nombril de Venus.* *Umbilicus.*

Cotyledon major. *mag. Bot.* 80.

Cotyledon vera radice tuberosâ. *mag. hort.* 64.

* Pharm. *Umbilici Veneris* folia. Extus vis refrigerans, emolliens antiphlogiſtica, ſedi ſuccedanea.

Obs. Variat calycibus corolliſque 6-fidis dodecandris.

Adoxa. Vide ejuſdem claſſeos Octandriam tetragyniam.

# *MONADELPHIA*

## *POLYANDRIA.*

Obs. Genera ſequentia ita placentatione, radicatione, cauleſcentia, foliatione infloreſcentia, & fulcratione affinia ſunt, ut ſolo calyce diſtinguantur: an ſufficienter? *Malvaceæ authorum.*

### LAVATERA.

*Cal.* duplex: exterior 3-fidus. *capſ.* loculis 1-ſpermis verticillatis.

*Frutex* & *herba. fol.* mollis, tomentoso-pubescens.

*Triloba.* 1. LAVATERA caule fruticoso, foliis subcordatis subtrilobis crenatis rotundatis, stipulis cordatis, pedunculis unifloris. *h. m.* 349.
Althæa arborescens. *mag. Bot.* 16.
Althæa frutescens folio rotundiore incano. *mag. hort.* 12.

*Thuringiaca.* 2. LAVATERA caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus incisis. *h. m.* 349.
Althæa flore majore. *mag. Bot.* 16. *hort.* 12.

## MALVA.

*Cal.* duplex : exterior 3-phyllus. *caps.* loculis verticillatis 1-spermis.
*Herba. fol.* glabra, nec tomentosa.

*Rotundifolia.* 1. MALVA caule repente, foliis cordato-orbiculatis obsoletè quinquelobis. *h. m.* 348. *La petite mauve.*
Malva sylvestris folio rotundo. *mag. Bot.* 173. & 301.
Malva vulgaris flore minore folio rotundo. *mag. hort.* 128.
* PHARM. *Malvæ vulgaris minoris* radix, herba, flores. Vis emolliens demulcens, laxans, antiphlogistica, anodyna, antinephritica, antidysurica.

*Sylvestris.* 2. MALVA caule herbaceo, foliis lobatis obtusis, pedunculis petiolisque pilosis. *h. m.* 348. *La mauve.*
Malva vulgaris folio sinuato. *mag. Bot.* 173. & 301.
Malva vulgaris flore majore, folio sinuato. *mag. hort.* 128.
* PHARM. *Malvæ vulgaris majoris* radix, herba, flores. Vis prioris.

*Alcea.* 3. MALVA caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. *h. m.* 348. *L'alcée ou mauve sauvage.*
Alcea vulgaris major. *mag. Bot.* 6. *hort.* 8.

* PHARM.

* PHARM. *Alceæ* radix, herba, flores; malvæ succedanea.

4. MALVA foliis radicalibus remiformibus incisis, caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis. *h. m.* 348. *Moschata.*

Alcea folio rotundo laciniato. *mag. hort.* 8.

## ALTHÆA.

*Cal.* duplex: exterior 9-fidus. *capf.* loculis 1-spermis verticillatis.

*Herba. pubescentia* in diversis diversa.

1. ALTHÆA foliis cordato-ovatis angulatis crenatis, pedunculis subtrifloris. *h. m.* 345. *La guimauve.* *Officinalis.*

Althæa Dioscoridis & Plinii. *mag. Bot.* 16. *hort.* 12.

* PHARM. *Althææ* radix, herba, semina, mucilago, syrupus, tabellæ, pasta. Vis emolliens, demulcens, lubricans, anodina, antiphlogistica, nephralgiæ, dysuriæ, tussi, & raucedini adversa.

2. ALTHÆA foliis inferioribus palmatis, superioribus digitatis, caule suffruticoso. *h. m.* 346. *Cannabina.*

Alcea pentaphylli folio vel cannabino. *mag. hort.* 8.

3. ALTHÆA foliis inferioribus subcordatis inciso-crenatis, cæteris trifidis. *h. m.* 346. *Hirsuta.*

Alcea hirsuta. *mag. Bot.* 6. seu villosa. *ejusd. hort.* 8.

HABITAT in monte, & ultra montem, *à Cette, au Capouladou, & à saint Loup.*

## ALCEA.

*Cal.* exterior 6-fidus. *capf.* loculis 1-spermis verticillatis.

*Herba. fol.* piloso-tomentosa.

1. ALCEA foliis cordatis sinuato-angulosis. *h. m.* 346. *La mauve rose, ou passerose.* *Rosea.*

Malva rosea sive hortensis. *mag. hort.* 129.

* PHARM. *Malvæ roseæ* flores, semina. Vis prioris.

*Ficifolia.* 2. ALCEA foliis palmatis. *h. m.* p. 346. *Autre passe-rose.*

* PHARM. *Malvæ roseæ* semina, flores. Vis prioris.

# MONŒCIA PENTANDRIA.

## XANTHIUM.

Masculi flores. *Cal.* communis imbricatus. *cor.* infundibuliformis 5-fida. *recept.* paleaceum.

*Herba. fol.* simplex. *inflor.* aggregata terminalis. (mas.).

*Strumarium.* 1. XANTHIUM caule inermi, foliis cordato-lobatis, floribus aggregatis. *h. m.* 485. *Le petit glouteron.*

Lappa minor, sive xanthium Dioscoridis. *mag. Bot.* 150. *hort.* 208.

* PHARM. *Xanthii* herba, semina. Vis pellens, aperiens, resolvens, antiscrophulosa...... *flores feminei plures, axillares, glomerati.*

*Spinosum.* 2. XANTHIUM spinis tridentatis stipularibus, foliis suffessilibus hastato-trilobis integerrimis, floribus solitariis. *h. m.* 486.

Xanthium lusitanicum validissimis aculeis munitum, & laciniatum. *mag. hort.* 208. *icon.* 209....

OBS. *Flos femineus alternus, solitarius, laterifolius, sessilis.*



# MONŒCIA
## POLYANDRIA.

### JUGLANS.

Maſ. Ament. cylindricum. *cal.* ſquamæformis 1-phyllus. *cor.* 6-partita. *filam.* 18.

Fem. *cal.* 4-fidus ſuperus. *cor.* 4-partita. *ſtyl.* 2. *drupa* nucleo ſulcato.

*Arbor. fol.* compoſita alterna: maſ. *inflor.* amentis ſparſis ſubternatis: fem. flores diſtincti gemini ad apicem *gemmæ* ramiferæ.

1. JUGLANS foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus. *h. m.* 492. *Le noyer.* *Regia.*

Nux juglans regia vulgaris. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

* Pharm. *Juglandis nucis*, diſſepimentum, oleum, aqua. Vis ſtomachica, emmenagoga, antihyſterica, anticolicalis.

### POTERIUM.

Maſ. *Cal.* 4-phyllus. *cor.* 4-partita. *ſtam.* 30-40.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *piſt.* 2. *bacc.* (2-ſperma) è tubo corollæ indurato.

*Herba. fol.* compoſita alterna.

1. POTERIUM inerme, caulibus ſubanguloſis. *h. m.* 490. *Sanguiſorba.*

Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta. *mag. Bot.* 204.

Pimpinella sanguisorba lævis. *mag. hort.* 158. & hirsuta. *ibid.*

β. Pimpinella sanguisorba minor, semine majore & crassiore. *mag. Bot.* 205. *hort.* 159.

* Pharm. *Pimpinellæ italicæ minoris* herba. Vis tonica, vulneraria, diuretica, ischæma ?

# *MONŒCIA*

## *SYNGENESIA.*

### MOMORDICA.

Mas. *Cal.* 5-fidus. *cor.* 5-partita. *filam.* 3.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *stylus* 3-fidus. *pomum* elasticè dissiliens.

*Herba. inflor.* subracemosa (*mas.*) axillaris... (*femina.*) flosculo solitario, longè pedunculato, axillari, ad latus racemi masculi.

*Elaterium.* 1. MOMORDICA pomis hispidis, cirrhis nullis. *h. m.* 497. *Le concombre d'âne.*

Cucumis sylvestris, asininus dictus. *mag. Bot.* 81. *hort.* 61.

* Pharm. *Cucumeris asinini dicti* radix, elaterium viride; album. Vis drastica, emmenagoga, abortiva, hydragoga, antihydropica †, resolvens. *Radix* à gran. 15 ad 30. *Elaterium viride* ad scrup. 1; *album* à gran. ß. ad gran. 2, imo 3, 4 gradatim ac cautè.

### CUCURBITA.

Mas. *Cal.* 5-dentatus. *cor.* 5-fida. *filam.* 3.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *pist.* 5-fidum. *pomi* semina margine tumido.

*Herba. inflor.* axillaris solitaria : femineo flore inter tertium & quartum quemlibet masculum. *fulc.* cirrhus laterifolius.

OBS. Flores omnes axillares solitarii, quorum series (*sæpius*) ita se habet ut inter quemlibet tertium & quartum florem masculum adsit femineus ; ergo alter inter 6um. & 7um., 9um. & 10um. ; & sic deinceps, servato ferè semper eodem fructificationis ordine.

1. CUCURBITA foliis lobato-pinnatifidis : lobis obtusis. *h. m.* 497. *La citrouille.* *Citrullus.*
Anguria citrullus dicta. *mag. hort.* 16.
* PHARM. *Citrulli* semina. Vis cucurbitæ.

2. CUCURBITA foliis subangulatis cordatis tomentosis, basi subtus biglandulosis. *h. m.* 497. *La calebasse.* *Lagenaria.*
Cucurbita lagenaria. *mag. hort.* 64.

3. CUCURBITA foliis lobatis, pomis lævibus. *h. m.* 497. *La courge.* *Pepo.*
Pepo vulgaris. *mag. hort.* 155.
* PHARM. *Cucurbitæ* caro, semina. Vis demulcens, refrigerans, febribus putridis, pervigilio, nephritidi, disuriæ adversa. *sem.* ab unc. ß. ad unc. 1.

4. CUCURBITA foliis lobatis, pomis depresso-nodosis, caule erecto. *h. m.* 497. *Le bonnet d'Electeur.* *Melopepo.*

## CUCUMIS.

Mas. *Cal.* 5-dentatus. *cor.* 5-partita. *filam.* 3.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *pist.* 3-fidum. *pomi* semina arguta.

*Herba. inflor.* & *fulc.* ut in priori.

OBS. Cucumeris & cucurbitæ genera, cotyledonibus iisdem, caulescentia eadem, foliatione, infloref-

centia, fulcris, & ipsâmet fructificatione gaudent, an ergo ex seminibus nota essentialis?

*Melo.* 1. CUCUMIS foliorum angulis rotundatis, pomis torulosis. *h. m.* 498. *Le melon.*

Melo vulgaris cortice aspero & rugoso. *mag. hort.* 134. & lævi. *ibid.*

* PHARM. *Melonis* caro, semina. Vis cucurbitæ.

*Sativus.* 2. CUCUMIS foliorum angulis rectis, pomis oblongis scabris. *h. m.* 498. *Le concombre.*

Cucumis sativus vulgaris. *mag. hort.*

* PHARM. *Cucumeris* caro. Vis cucurbitæ.

## BRYONIA.

Mas. *Cal.* 5-dentatus. *cor.* 5-partita. *filam.* 3.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *styl.* 3-fidus. *bacc.* subglobosa polysperma.

*Herba. inflor.* axillaris subracemosa. *fulc.* cirrhus subaxillaris.

*Alba.* 1. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloso-scabris. *h. m.* 498. *La bryone* ou *couleuvrée.*

Bryonia alba aspera baccis rubris. *mag. Bot.* 39. *hort.* 35.

* PHARM. *Bryoniæ* radix, succus, aqua, syrupus, extractum, baccæ. Vis purgans, anthelmintica, emmenagoga, antihydropica, antiasthmatica, antiepileptica, antimaniaca, antiscrophulosa. *Extractum* resolvens. *Succus* radicis à drach. 2 ad unc. ß.. radicis *pulvis* à scrup. 1 ad drach. 1.. *Radix* infusa aut decocta à drach. 3 ad 6.. *syrupus* ad unc. 1.. *extractum* à drach. ß. ad drach. 1.



# DIŒCIA

## MONANDRIA.

### NAJAS.

Maſ. *Cal.* 2 - fidus. *cor.* 4 - fida : *anthera* erecta ſeſſilis.

*Herba* immerſa. *fulc.* aculei in caule ſparſi.

1. NAJAS. *h. m.* 500. *La nayade.* *Marina.*

# DIŒCIA

## OCTANDRIA.

### LAURUS.

Maſ. *Cal.* o. *cor.* calycina 4 - fida. *filamenta* interiora glandulifera. *nectar.* glandulis biſetis circa germen.

Fem. *Cal.* & *cor.* maris. *ſtyl.* ſimplex. *ſtigm.* obtuſum. *drupa* 1-ſperma.

*Arbor. fol.* integerrima. *inflor.* maſ. & fem. utraque, axillaris, ſubcorymboſa, pedunculis bifidis, binatis; *ramus* inter peduncularis.

1. LAURUS foliis lanceolatis venoſis perennantibus, floribus dioicis 4 - fidis. *h. m.* 201. *Le laurier.* *Nobilis.*

Laurus vulgaris. *mag. Bot.* 152. *hort.* 114.

* PHARM. *Lauri* baccæ, oleum ſtillatitium, coc-

tum, folia. Vis calefaciens, ſtomachica, emmenagoga, carminativa, anticolicalis, reſolvens, antidolorifica. *Oleum ſtillatitium* à gutt. 3 ad 6.. *folia* infuſa n°. 6.. *pulvis* ad drach. 1... in clyſteribus *baccæ* ad manip. 1.. aut *oleum coctum* ad unc. 1.

OBS. Vernat laurus Septembri, flores expandit in fine Martis, Auguſto maturat fructus.



# *Classis IIa.*

# MONOPETALI

## IRREGULARES.

### *MONANDRIA*

** MONOGYNIA.*

*VALERIANA.* 5. 6.

### *DIANDRIA*

** MONOGYNIA.*

SALVIA.
LYCOPUS.
ROSMARINUS.
VERONICA.
GRATIOLA.
PINGUICULA.
UTRICULARIA.

### *TRIANDRIA*

** MONOGYNIA.*

GLADIOLUS.
VALERIANA.

*** DIGYNIA.*

ALOPECURUS.

**** TRIGYNIA.*

MONTIA.

## *TETRANDRIA*

### * *MONOGYNIA.*

VERBENA.

GLOBULARIA.

DIPSACUS.

*SCABIOSA.* 1. 2. 3. 4. 5.

## *PENTANDRIA*

### * *MONOGYNIA.*

LYCOPSIS.

ECHIUM.

VERBASCUM.

CORIS.

HYOSCYAMUS.

LONICERA.

## *DIDYNAMIA*

### * *GYMNOSPERMIA.*

A. CALYCES 2-LABIATI.

SCUTELLARIA.

THYMUS.

PRUNELLA.

ORIGANUM.

CLINOPODIUM.

MELITTIS.

MELISSA.

*TEUCRIUM.* 10.

*SIDERITIS.* 5.

B. CALYCES SUB 5-FIDI.

GLECHOMA.

MENTHA.

SIDERITIS.

LAVANDULA.
TEUCRIUM.
AJUGA.
PHLOMIS.
BETONICA.
LAMIUM.
GALEOPSIS.
STACHYS.
NEPETA.
MENTHA.
SATUREJA.
BALLOTA.
MARRUBIUM.

** *ANGIOSPERMIA.*

A. CALYCES 2-FIDI.

OROBANCHE.
ACANTHUS. *Ex Linnæo?*

B. CALYCES 4-FIDI.

EUPHRASIA.
RHINANTHUS.
MELAMPYRUM.

D. CALYCES 5-FIDI.

SCROPHULARIA.
DIGITALIS.
ERINUS.
ANTHIRRINUM.
PEDICULARIS.
LINNÆA.
VITEX.

## *DIADELPHIA*

### * HEXANDRIA.

FUMARIA.

### ** DECANDRIA.

*TRIFOLIUM.* 18. 19. 20. 21. 22.

## *GYNANDRIA*

### * HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA.

## *MONŒCIA*

### * TETRANDRIA.

*Femina apetala.* BETULA, mas.



# MONOPETALI IRREGULARES.

## MONANDRIA

## MONOGYNIA.

### VALERIANA.

*Cal. cor. ſem. fol.* Vide ejuſdem claſſeos Triand. monogyniam.

5. VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *h. m. p.* 21. *La valeriane rouge.* *Rubra.*

β. Valeriana foliis lanceolato-linearibus integerrimis. Valeriana rubra anguſtifolia. *Bot. monſ.* 273. *hort.* 202.

6. VALERIANA floribus monandris, foliis pinnatifidis. *h. m.* 21. *Calcitrapa.*

Valeriana foliis calcitrapæ. *mag. hort.* 201. *Bot.* 263.

Habitat frequens circa montem Cetium, & in ſabuletis.. *à Caſtelnau.*

## DIANDRIA

## MONOGYNIA.

* *GYMNOTETRASPERMÆ.*

### SALVIA.

*Cal.* 2-labiatus $\frac{3}{2}$. *cor.* ringens. *filamenta* tranſverſim pedicello affixa.

*Herba.* 4-gona. *inflor.* terminalis verticillata. *fulc.* bracteæ. 2.

*Officinalis.* 1. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *h. m. p.* 17. *La ſauge.*

Salvia major. *Bot. monſ.* 228. *hort.* 177.

* PHARM. *Salviæ* herba, aqua, flores, oleum ſtillatitium, coctum, conſerva. Vis cephalica, nervina, tonica, ſtomachica, adſtringens,... *aquæ* ab unc. 2 ad 4...*conſerva* à drach. ſſ. ad drach. i... *oleum ſtillatitium* à gutt. 2 ad 6 intus.

*Pratenſis.* 2. SALVIA foliis cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexi-caulibus, verticillis ſubnudis, corollis galeâ glutinoſâ. *h. m. p.* 18. *L'orvale des prés.*

Horminum pratenſe foliis ſerratis. *Bot. monſ.* 133. *hort.* 99.

* PHARM. *Orvalæ ſylveſtris* folia. antiulceroſa † *Garidel.*

*Verbenaca.* 3. SALVIA foliis ſerratis ſinuoſis, corollis calyce anguſtioribus. *h. m. p.* 19.

Horminum ſylveſtre lavendulæ flore. *Bot. monſ.* 133. *hort.* 100.

*Glutinoſa.* 4. SALVIA foliis cordato-ſagillatis ſervatis acutis. *h. m.* 19. *La ſauge de montagne.* Horminum glutinoſum. *mag. hort.* 98.

*Sclarea.* 5. SALVIA foliis rugoſis oblongo-cordatis ſerratis; floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. *h. m.* 19. *La toutte-bonne* horminum ſclarea dictum. *Bot. monſ.* 133. *hort.* 99.

* PHARM. *Sclareæ* herba. Vis ſalviæ, aſt fortior, exhilarans, antiſpaſmodica, antihyſterica, anticolicalis, antileucorrhoïca, ſternutatoria, reſolvens, antiulceroſa †. Extus & intus, in infuſo, decocto.

## LYCOPUS.

*Cal.* æqualis. *cor.* 4-fida ſubæqualis: lacinia unica emarginata. *ſtam.* diſtantia. *ſem.* retuſa.

*Herba* 4-gona. *inflor.* verticillata axillaris sessilis.

1. LYCOPUS foliis ovatis sessilibus basi sinuato-pinnatifidis supernè-serratis. *h. m.* 15. *Le pied de loup.* *Palustris.*
Marrubiis affinis. *mag. hort.* 131.
Marrubium palustre glabrum. *Bot. monſ.* 174.
β. Lycopus foliis subtus subtomentosis. *Tomentosus.*
Marrubium palustre hirsutum. *Bot. monſ.* 174.

## ROSMARINUS.

*Cal.* 2-labiatus ½. *cor.* ringens: labio superiore 2-partito. *filamenta* longa distantia curva.

*Frutex. fol.* margine revoluta, subtus tomentosa, linearis.

1. ROSMARINUS foliis sessilibus. *h. m. p.* 17. *Le romarin.* *Officinalis.*
Rosmarinus coronarius fruticosus. *Bot. monſ.* 223. *hort.* 174.
* PHARM. *Rorismarini* sive *anthos* herba, flores, conserva, oleum stillatitium, aqua reginæ Hungaricæ. Vis cephalica, antihysterica, nervina, tonica, excitans, cardiaca, resolvens, antiasthmatica, antitertianaria, extus & intus, in infuso., *oleum stillatitium* à gutt. ʒ ad 6, *ex Boërhaavio* anti-epilepticum †.

** *ANGIOSPERMÆ.*

## VERONICA.

*Cal.* 4-partitus: foliolis 2-majoribus. *cor.* 4-fida rotata: lacinia una minore. *capſ.* 2-locularis cordata.

*Herba. fol.* & *inflor.* indeterminata.

## * Spicatæ.

*Spicata.* 1. VERONICA ſpicâ terminali, foliis oppoſitis, crenatis obtuſis, caule aſcendente ſimpliciſſimo. *h. m. p.* 9.

* Pharm. *Veronicæ ſpicatæ* herba. Vis incidens, aperiens major quàm in ſubſequente.

*Officinalis.* 2. VERONICA ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis ovatis ſerratis, caule procumbente. *h. m. p.* 9. *La véronique, thé de l'Europe.*

Veronica mas ſupina. *Bot. monſ.* 275. *hort.* 203.

* Pharm. *Veronicæ* herba, ſyrupus, aqua, conſerva. Vis vulneraria, incidens diuretica, ſudorifera, antiaſthmatica, antinephralgica, antiſcabioſa, antiulceroſa. Extus in decocto, intus in infuſo.

Habitat in ilicetis *à Meurviel*, & circa montem Lupi.

## * Racemoſæ.

*Alpina.* 3. VERONICA foliis oppoſitis lanceolatis ſerrulatis, caule frutescente. *h. m. p.* 10.

*Serpyllifolia.* 4. VERONICA foliis imis oppoſitis ovatis, ſummis alternis lanceolatis, racemo terminali. *h. m. p.* 9.

*Beccabunga.* 5. VERONICA racemis lateralibus, foliis oppoſitis planis, caule repente. *h. m. p.* 10. *Le becabunga.*

Veronica aquatica minor & major folio ſubrotundo. *Tour.* 145. *mag. hort.* 204.

Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo. *Bot. monſ.* 18.

* Pharm. *Beccabungæ* herba, ſuccus, extractum, conſerva. Vis antiſcorbutica. *Herba* ad pug. 2. *extractum* ad drach. 1.

*Anagallis.* 6. VERONICA racemis lateralibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis, caule erecto. *h. m. p.* 10.

Anagallis aquatica major folio oblongo. *Bot. monſ.* 18. *hort.* 204.

*Chamædrys.* 7. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus dentatis, foliolis calycinis linearibus. *h. m. p.* 11.

*p.* 11. *La véronique des hayes.* Chamœdrys spuria angustifolia. *Bot. monf.* 59.

* PHARM. *Veronicæ pratensis, rotundifoliæ* herba. Vis cathartica. Ad man. 1, in aquæ cyatho, magis incidens, aperiens quàm veronicæ 2$^{\text{æ}}$.

8. VERONICA racemis lateralibus, foliolis calycinis ovatis subæqualibus. *h. m. p.* 11. *Latifolia.*

Chamædrys latifolia spuria. *Bot. monf.* 59.

HABITAT *au mont S. Loup*, & vicinis.

## ** *Pedunculis unifloris.*

9. VERONICA floribus axillaribus pedunculatis, foliolis calycinis ovatis subæqualibus. *h. m.* 11. *Agrestis.*

Alsine chamædryfolia, flosculis oblongis pediculis insidentibus. *mag. Bot.* 12.

Veronica flosculis oblongis, &c. *mag. hort.* 203.

10. VERONICA floribus axillaribus subsessilibus, foliolis calycinis lanceolatis inæqualibus. *h. m.* 12. *Arvensis.*

Alsine veronicæ facie, flosculis cauliculis adhærentibus. *mag. Bot.* 12.

Veronica flosculis cauliculis adhærentibus. *mag. hort.* 203.

11. VERONICA floribus axillaribus pedunculatis, foliis cordatis planis quinquelobis. *h. m.* 12. *Hederæfolia.*

Alsine hederulæ folio. *mag. Bot.* 12.

Veronica cymbalariæ folio, verna. *mag. hort.* 203.

12. VERONICA floribus axillaribus pedunculatis, foliis inferioribus quinquepartitis, summis tripartitis. *h. m.* 12. *Triphyllos.*

Alsine triphyllos cærulea. *mag. Bot.* 12.

Veronica verna trifido vel quinquefido folio. *mag. hort.* 204.

## GRATIOLA.

*Cal.* 5-phillus. *cor.* 5-fida ringens. *stam.* 2, sterilia. *caps.* 5-locularis.

*Herba*, ſtolonifera. *inflor.* axillaris ſolitaria. *fulc.* bracteæ 2.

*Officinalis.* 1. GRATIOLA foliis ovato-lanceolatis supernè ſerratis, bracteis linearibus. *h. m.* 13. *La gratiole ou l'herbe au pauvre homme.*

Gratiola centoroïdes. *mag. Bot.* 123. *hort.* 94.

* PHARM. *Gratiolæ* herba. Vis mochlica, emetica, emmenagoga, antelmintica, antihydropica, aperiens. Intus *herba recens* ad man. ſſ. ſubincocta in lactis cyatho. *Herba exſiccata* ad drach. 1, in infuſo ſimili, cautè : tutiùs in clyſmate lacteo ad man. 1. incoquitur. Pro calcari in clyſmate communi adduntur *ſtipites* aliquot.

## PINGUICULA.

*Cal.* ſub 2-labiatus $\frac{3}{2}$, 5-fidus. *cor.* ringens calcarata. *capſ.* 1-locularis.

*Herba. fol.* ſimplex, glanduloſo-pinguis, radicalis. *inflor.* ſolitaria terminans *ſcapum.*

*Vulgaris.* 1. PINGUICULA nectario cylindraceo longitudine petali. *Linn. ſp. pl.* 17. *La graſſette.*

HABITAT *à l'Eſperou, à la Louzere.* Floret primo vere.

## UTRICULARIA.

*Cal.* 2-phyllus æqualis. *cor.* ringens calcarata. *capſ.* 1-locularis.

*Herba* immerſa. *fol.* pinnato-multipartita : veſiculis ſparſis.

*Vulgaris.* 1. UTRICULARIA nectario conico, pedunculis ſquamoſis. *h. m.* 14.

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato. *mag. Bot. app.* 302.

Linariæ affinis paluſtris millefolii folio, lenticulato flore luteo. *mag. hort.* 120.

# TRIANDRIA

## MONOGYNIA.

### GLADIOLUS.

*Cal.* o. *cor.* ſupera, 6-petaloidea, ringens: petalis ſuperioribus tribus convergentibus. *ſtam.* aſcendentia.

*Herba. ſol.* enſiformis diſticha. *inflor.* ſpicata ſecunda.

1. GLADIOLUS foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. *h. m.* 25. *Le glayeul.* *Communis.*

Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis. *mag. Bot.* 109. *hort.* 89.

Gladiolus major flore purpuro-rubente. *mag.* β. *Bot.* 296. *hort.* 89. Grandiflorus.

Spicâ diſtichâ, floribus alternis. γ. Diſtichus.

Gladiolus utrinque floridus. *mag. Bot.* 110. *hort.* 89. & flore albo. *ibid.*

HABITAT utraque varietas in pratis *à Lattes*, ſed γ rarior eſt quàm β.

### VALERIANA.

*Cal.* o. *cor.* 5-fida, baſi gibba. *ſem.* 1, inferum.

*Herba. ſol.* oppoſita. *inflor.* terminalis ſubpaniculata.

1. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis. *h. m.* 21. & lyratis. *ibid. La valeriane des jardins.* *Phu.*

Valeriana major odoratâ radice. *mag. hort.* 201.

* PHARM. *Valerianæ hortenſis* radix. Vis eadem ac valerianæ ſylveſtris, quæ uſitatior eſt, ac gaudet vi antiepilepticâ † antihyſtericâ †, ſudori-

ferâ, diureticâ, emmenagogâ, purganti, anti-asthmaticâ, radicis *pulvis* à drach. ſſ, ad drach. j. ſſ. infuſ. à drach. ij ad unc. ſſ.

*Tripteris.* 2. VALERIANA floribus triandris, foliis radicalibus cordatis, caulinis ternatis lanceolatis ſerratis. *h. m.* 22.

Valeriana alpina minor. *mag. Bot.* 307. *hort.* 201.

*Locuſta.* 3. VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *h. m.* 22.

Valerianella ſemine umbilicato oblongo nudo. *mag. Bot.* 274. *hort.* 201.

Olitoria. β. Foliis lanceolatis integris, fructu ſimplici. *h. m.* 22. *La mâche, la doucette.*

Valerianella arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo. *mag. hort.* 202.

Coronata. γ. Foliis lanceolatis dentatis, fructu 6-dentato. *h. m.* 22.

Valerianella ſemine ſtellato. *mag. Bot.* 273. *hort.* 202.

Dentata. δ. Foliis oblongis ſubſerratis, fructu tridentato: denticulo extimo majore recurvato. *h. m.* 22.

Valerianella cornucopioides echinata. *mag. Bot.* 273. *hort.* 202.

Multifida. ε. Foliis imis dentatis, ſummis lineari-multifidis. *h. m.* 22.

Valerianella ſemine umbilicato rotundo nudo. *mag. Bot.* 273. *hort.* 202.

* PHARM. *Valerianellæ* herba. Vis refrigerans, demulcens, lactucæ ſuccedanea.

*Mixta.* 4. VALERIANA caule tetragono ſemi 4-fido, fructibus hiſpidis.

Valeriana caule quadrifido, foliis imis bipinnatifidis, ſeminis pappo plumoſo. *h. m.* 23.

HABITAT in ſylvula *en allant à Perauls*; & in ſaxoſis *à Villeneuve* & *Selleneuve.* Prioribus multò minor & humilior, minùſque ramoſa. Caule primùm ſimplici, in medio ramulos 4 exſerente bifidos tantùm.

# *TRIANDRIA*

## *DIGYNIA.*

### ALOPECURUS.

*Cal.* 2-valvis. *cor.* 1-valvis: *ariſta* è dorſo, prope baſin.
*Herba.* (gramen) *inflor.* ſpica cylindrica flexilis.

1. ALOPECURUS culmo ſpicato erecto, bulbis ſuperimpoſitis. *h. m.* 37. *Bulboſus.*
2. ALOPECURUS culmo ſpicato erecto. *h. m.* 38. *Pratenſis.*
Gramen phalaroïdes majus ſive italicum. *mag. Bot.* 115. *hort.*
3. ALOPECURUS culmo infracto ſpicato. *h. m.* 38. *Geniculatus.*
Gramen typhoïdes culmo reclinato. *mag. Bot.* 115. *hort.* 91.
4. ALOPECURUS paniculâ ſubſpicatâ, glumis ſcabris, corollis ariſtatis. *Linn. edit. ſpl. pl.* 2ª. *pag.* 89. *Monſpelienſis.*
Alopecurus, *ariſtatus*, paniculâ erectâ ovatâ, glumis calycinis ovatis ariſtatis, oris vaginæ foliorum ſtipulatis. *Goüan. h. m.* 37.
Agroſtis paniculâ oblongâ, calycibus æqualibus, terminatis ariſtis longis rectis. *Gerard. flor. gallop.* 80.
Panicum maritimum ſpicâ longiore villosâ. *Tour. inſt.* 515.
Gramen alopecuros majus, ſpicâ vireſcente divulsâ pilis longioribus. *Barr. icon.* 115. nº. 2.
5. ALOPECURUS paniculâ ſubſpicatâ debili, glumis villoſis, corollis ariſtatis. *Linn. ſpl. pl. edit.* 2ª. *pag.* 90. *Paniceus.*
Alopecurus, *ariſtatus*, β. *Goüan. h. m.* 37.
Gramen alopecuros minor ſpicâ longiore. *mag. Bot.* 115. *Scheuz. agr. p.* 154.

Habitat copiosè in pratulis gramuntianis cum *gratiola*, *myosuro*, *lythro* thymifolio, necnon ad littora maris & stagnorum subjacentium. *Culmus* palmaris debilis mollis villosus; panicula nutans mollis.

# TRIANDRIA

## TRIGYNIA.

### MONTIA.

*Cal.* 2-phyllus. *cor.* 5-partita: foliolis alternis 3-minoribus staminiferis. *caps.* 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

*Herba. fol.* opposita integerrima. *inflor.* axillaris aggregata.

*Fontana.* 1. MONTIA. *h. m. app.* 546.

Habitat quoque *à Alais*, in paludosis, & pratis humidis. Variat calycibus triphyllis, corollis pentandris.

# TETRANDRIA

## MONOGYNIA.

### VERBENA.

*Cal.* 5-dentatus: altero breviore. *cor.* subæqualis, curva. *sem.* 4, nuda.

*Herba* 4-gona. *fol.* opposita. *inflor.* spicata.

*Officinalis.* 1. VERBENA spicis paniculatis, foliis multifidis, caule simplici. *h. m.* 15. *La verveine.*

Verbena communis flore cæruleo. *mag. Bot.* 275. *hort.* 202.

* Pharm. *Verbenæ* herba, ſuccus, extractum, aqua. Vis aperiens, febrifuga; extus vulneraria, ophtalmica, reſolvens, dolori ſplenis, lateris adverſa.. *Extract.* ad drach. 1.. *ſuccus* ab unc. 2 ad drach. 4.

## GLOBULARIA.

*Cal. communis* imbricatus: *proprius* inferus tubulatus. *recept.* paleaceo. *cor.* infera: labio ſuperiore 2-partito.

*Frutex* & *herba. inflor.* aggregato-capitata.

1. GLOBULARIA caule fruticoſo, foliis lanceolatis tridentatis integerrimiſque. *h. m.* 60. *Alypum.*
   Alypum montis Ceti. *mag. Bot.* 8.
   Globularia fruticoſa myrtifolio tridentato. *mag. hort.* 89.
   Thymelæa foliis acutis capitulo ſucciſæ. *mag. Bot.* 253. *hort.* 89.
   Habitat ponè montem *à Cette*, & *à Lamalou.* Vernaculè *lou pichot ſenè.*

2. GLOBULARIA caule herbaceo ſimplici, foliis radicalibus dentatis, caulinis lanceolatis, radicibus perennantibus lignoſis. *h. m.* 60. *La globulaire.* *Vulgaris.*
   Globularia ſeu bellis cærulea caule folioſo. *mag. Bot.* 37.
   Globularia bellidi ſimilis. *mag. hort.* 89. Variat flore albo.

## DIPSACUS.

*Cal. communis* polyphyllus: *proprius* ſuperus. *recept.* paleaceo aſpero columnari. *cor.* ſupera 4-fida: extima majore.

*Herba. fol.* caulina connato-vaginans. *fulc.* aculei ſparſi.

*Fullonum.* 1. DIPSACUS foliis sessilibus serratis. *h. m.* 61. *Le chardon à foulon.*

*Sylvestris.* β. Dipsacus perianthii communis foliolis capitulo longioribus.

Dipsacus sylvestris, sive labrum Veneris. *mag. Bot.* 86. *hort.* 70.

β. Dipsacus sativus. *mag. hort.* 70. perianthii communis foliolis capitulo longè brevioribus.

Dipsacus aristis fructuum hamatis. *Sauv.* 156.

## SCABIOSA.

*Cal.* communis polyphyllus : proprius superus duplex. *cor.* supera : *recept.* paleaceo subsphærico. *sem.* coronata.

*Herba. inflor.* capitato-dimidiata. *fol.* opposita, indeterminata.

*Integrifolia.* 1. SCABIOSA corollis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus lanceolatis : inferioribus serratis, summis integerrimis. *h. m.* 62.

Scabiosa annua integrifolia sive folio bellidis. *mag. Bot.* 231.

*Arvensis.* 2. SCABIOSA corollis quadrifidis radiantibus, caule hispido. *h. m.* 62. *La scabieuse.*

Scabiosa major hirsuta, folio laciniato. *mag. Bot.* 230.

Scabiosa pratensis hirsuta, quæ officinarum. *mag. hort.* 179.

* PHARM. *Scabiosæ* radix, herba, syrupus, aqua. Vis alexiteria, sudorifica, expectorans, vulneraria, abstergens, antianthracina... *Succus, aqua,* ab unc. 3. ad 6.

*Columbaria.* 3. SCABIOSA corollis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. *h. m.* 63.

Scabiosa minor vulgaris. *mag. Bot.* 230. *hort.* 170.

*Maritima.* 4. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, calyce brevioribus, foliis pinnatis, summis linearibus integerrimis. *h. m.* 64.

Scabiosa maritima parva. *mag. Bot.* 231. *hort.* 170.

5. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *h. m.* 63. *Ochroleuca.*

Obs. Scabiosæ plures variant corollulis pentandris; & species aliæ quæ gerunt flosculos quadrifidos regulares, occurrunt flosculis radiantibus quadrifidis quinquefidisve; & vice versâ.

# *PENTANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

* *GYMNOTETRASPERMÆ.*

### LYCOPSIS.

*Cor. tubus* incurvatus: *fauce* clausâ squamis 5.

*Herba. fol.* aspera. *inflor.* laterifolia solitaria.

1. LYCOPSIS foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *h. m.* 86. *Arvensis.*

Buglossum sylvestre minus. *mag. Bot.* 40. *hort.* 35.

2. LYCOPSIS foliis integerrimis, calycibus fructiferis inflatis pendulis. *h. m.* 86. *Vesicaria.*

### ECHIUM.

*Cor.* campanulata: *fauce* nudâ.

*Herba. fol.* aspera. *inflor.* subspicata.

1. ECHIUM corollis vix calycem superantibus margine villosis. *h. m.* 86. *Italicum.*

Echium majus & asperius flore albo. *mag. Bot.* 88. *hort.* 71.

Lycopsis monspeliaca floribus albis. *hort. reg. bles.*

β. Echium asperrimum, caule erecto, flore minore. *Sauv.* 61.

Echium majus & asperius, flore dilutè purpureo. *mag. Bot.* 88. *hort.* 72.

Lycopsis monspeliaca floribus dilutè purpureis. *hort. reg. bles.*

*Vulgare.* 2. ECHIUM caule erecto simplici, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus, *h. m.* 86. *La viperine.*

Echium vulgare. *mag. Bot.* 88. *hort.* 71.

β. Echium sylvestre hirsutum maculatum. *mag. Bot.* 88. *hort.* 71.

*Creticum.* 3. ECHIUM calycibus fructiferis distantibus, caule procumbente. *h. m.* 87.

Echium creticum latifolium rubrum. *mag. hort.* 71.

HABITAT præsertim ad margines rivulorum à *Lattes.*

* *ANGIOSPERMÆ.*

## VERBASCUM.

*Cor.* rotata infera: lacinia altera inæquali. *stam.* villosa *caps.* 2-locularis, 2-valvis.

*Herba. inflor.* pubescentiaque in diversis diversa.

*Thapsus.* 1. VERBASCUM foliis decurrentibus utrinque tomentosis. *h. m.* 103. *Le bouillon blanc mâle.*

Verbascum flore luteo magno, folio maximo. *mag. Bot.* 274. *hort.* 202.

* PHARM. *Verbasci maris* herba, flores. Intus & extus. Vis emolliens anodina, antispasmodica, antitenesmodæa, antihemorrhoïdalis.

*Lychnitis.* 2. VERBASCUM foliis cuneiformibus oblongis. *h. m.* 103.

Verbascum pulverulentum flore luteo parvo. *mag. Bot.* 274. *hort.* 202.

β. Verbascum femina flore albo. *mag. hort.* 202.

*Phlomoïdes.* 3. VERBASCUM foliis ovatis utrinque tomentosis: inferioribus petiolatis. *Linn. spl. pl. edit.* 1ª. *pag.* 1194. *edit.* 2ª. 253. *sist. nat.* 931.

Verbascum femina flore luteo magno. *Tour.* 147.

Verbaſcum maximum meridionalium odoratum luteum. *B. hiſt. app.* 3. 871.

Verbaſcum luteum aut phlomos vulgaris mas. *Tabern. icon.* 561.

HABITAT copioſè in arvis circa *S. Jean de Vedas* & *Laverune.*

4. VERBASCUM foliis cordato-oblongis petiolatis. *h. m.* 103. *Le bouillon blanc femelle.* *Nigrum.*

VERBASCUM nigrum flore ex luteo purpuraſcente. *mag. Bot.* 178. *hort.* 202.

* PHARM. *Verbaſci ſeminæ* radix, herba, flores.. ſuccedanea ſpeciei 1æ.

5. VERBASCUM foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis axillaribus ſolitariis. *h. m.* 103. *Blattaria.*

Blattaria flore luteo, folio longo laciniato. *mag. Bot.* 38.

Blattaria lutea folio longo. *mag. hort.* 32. flore albo. *ibid.*

β. Verbaſcum folio ſubrotundo, flore blattariæ. *mag. Bot.* 274. *hort.* 202.

6. VERBASCUM foliis radicalibus oblongis ſinuatis undulatis tomentoſis, caulinis cordatis amplexicaulibus nudiuſculis. *h. m.* 103. *Sinuatum.*

Verbaſcum nigrum folio papaveris corniculati. *mag. Bot.* 274. *hort.* 202.

## CORIS.

*Cal.* ſpinoſus. *cor.* ringens infera. *ſtigm.* 5-fidum. *capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Subfrutex. fol.* linearis carnoſa integerrima ciliata.

1. CORIS. *h. m.* 102. *Monſpelienſis.*

Coris cærulea maritima. *mag. Bot.* 78. *hort.* 63. & flore albo. *ibid.*

* PHARM. *Coreos* herba, decoctum. Inuſitata, attamen eximia ex *Linnæo.* Vis pellens, nauſeoſa, antiſyphilitica.

## HYOSCYAMUS.

*Cor.* infundib. obtuſa infera. *ſtam.* inclinata. *capſ.* 2-locularis, operculo convexo perpendiculari.

*Herba. fol.* diſticha; pilis glutiniferis. *inflor.* axillaris ſecunda.

*Niger.* 1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus. *h. m.* 105. Hyoſcyamus vulgaris & niger. *mag. Bot.* 134. *hort.* 101.

HABITAT copiosè *à Boutonet*, & *au mont S. Loup*, ubi Maio florens humanam attingebat altitudinem. Folia radicalia lanceolata laciniata.

*Albus.* 2. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus ſeſſilibus. *h. m.* 105. *La juſquiame.*

Hyoſcyamus albus major. *mag. Bot.* 134. *hort.* 100.

* PHARM. *Hyoſcyami* radix, herba, ſemina. Vis inebrians, phantaſtica, venenata, anodina, emolliens, reſolvens, antihæmorrhoïdalis.

*Aureus.* 3. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus pedunculatis. *h. m.* 105.

Hyoſcyamus aureus creticus luteus major. *mag. Bot.* 134. *hort.* 101.

HABITAT *à Nîmes*, *à la Tourmagne.*

## LONICERA.

*Cal.* ſuperus parvus. *cor.* ſupera: tubo longo deorſum gibbo. *ſtigm.* capitatum. *bacc.* 2-locularis polyſperma.

*Frutex. fol.* oppoſita. *inflor.* indeterminata.

* *PERYCLIMENA caule volubili.*

*Caprifolium.* 1. LONICERA floribus terminalibus verticillatis ſeſſilibus, foliis ſummis connato-perfoliatis. *h. m.* 101.

Peryclimenum perfoliatum. *mag. Bot.* 201. *hort.* 156.

* PHARM. *Caprifolii* herba, aqua. Vis subsequentis.

2. LONICERA capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. *h. m.* 101. *Chevrefeuille.* *Peryclimenum.*

Peryclimenum germanicum non perfoliatum. *mag. Bot.* 200. *hort.* 155.

* PHARM. *Caprifolii* herba, aqua. Vis vulneraria, mundificans, ophtalmica, gargarismica.

** CHAMÆCERASA *pedunculis bifloris.*

3. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, *foliis* integerrimis pubescentibus. *h. m.* 101. *Xylosteum.*

Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro. *mag. Bot.* 293.

Peryclimenum rectum fructu gemino rubro. *mag. hort.* 155.

4. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis. *h. m.* 101. *Alpigena.*

Peryclimenum alpinum fructu rubro gemino, duobus punctis notato. *mag. hort.* 156.

HABITAT *à Meyrueis* cum specie ultima.

5. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis serratis. *Linn. sp. pl.* 173. *Nigra.*

Chamæcerasus alpina fructu nigro gemino. *Tour.* 609.

HABITAT *à l'Esperou.*

6. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis globosis, stylis indivisis. *Linn. sp. pl.* 174. *Cærulea.*

Chamæcerasus montana, fructu singulari cæruleo. *Tour.* 609.

HABITAT *à Meyrueis* cum *lon.* nigra, & alpigena.

# DIDYNAMIA

## GYMNOSPERMIA.

OBS. *Caulescentia* semper tetragona; *foliatio* opposita. *inflor.* sæpissimè verticillata.

* *CALYCIBUS BILABIATIS.*

### SCUTELLARIA.

*Cal.* ore integro: fructiferus galeæformis, operculatus labio superiore cristato ponè concavo.

*Herba. inflor.* axillaris, opposita, solitaria, pedunculata.

*Galericulata.* 1. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis. *h. m.* 294.

Cassida palustris vulgatior, flore cæruleo. *mag. hort.* 47.

### THYMUS.

*Cal. fauce.* villis clausa: fructiferus collo angustatus.

*Fruticulus* & *herba. inflor.* verticillata, aut verticillato-capitata.

*Serpyllum.* 1. THYMUS floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *h.m.* 59. *Le serpolet.*

Serpyllum vulgare repens. *mag. Bot.* 238. majus. *hort.* 183. & minus.

Cytratus. β. Serpyllum citri odore. *mag. Bot.* 305. *hort.* 184.

* PHARM. *Serpylli* herba, aqua, oleum stillatitium. Vis cephalica stomachica, antihysterica, resolvens, adstringens, cephalalgiæ ex crapulâ adversa.

2. THYMUS erectus, foliis ovatis revolutis, floribus verticillato-capitatis. *h. m.* 289. *Le thym.* *Vulgaris.*
Thymum vulgare rigidius folio cinereo. *mag. Bot.* 253. *hort.* 196.
Thymum supinum candicans odoratius. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196. β. Incanus.
* PHARM. *Thymi vulgaris* herba, aqua, oleum stillatitium. Vis pellens, corroborans, antiasthmatica, antileucophlegmatica.. *Oleum stillatitium* anticolicale, stomachicum, antiodontalgicum; à gutt. 4 ad 6.

3. THYMUS floribus verticillato-spicatis, caule suffruticoso, foliis linearibus basi ciliatis. *h. m.* 289. *Zigys.*
Serpyllum longifolium hispidum. *mag. Bot.* 239. *hort.* 184.

4. THYMUS floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis, calycibus basi ventricosis. *h. m.* 290. *Acinos.*
Clinopodium arvense ocymi facie. *mag. Bot.* 71.
Acinos multis. *mag. hort.* 4.

5. THYMUS ramis verticillatis longis, foliis ovalibus striatis. *h. m.* 290. *Pulegioïdes.*

## PRUNELLA.

*Cal.* fructiferus apice compressus. *filam.* omnia basi bisurca: altero apice antherifera.

*Herba. fulc.* bracteæ oppositæ amplexicaules ciliatæ verticillos contiguos distinguentes.

1. PRUNELLA foliis ovato-oblongis petiolatis. *h. m.* 295. *La prunelle.* *Vulgaris.*
Prunella major folio non dissecto. *mag. Bot.* 39. *hort.* 34.
Foliis integris subdentatis, spicâ foliis majore. β. Grandiflora.
Prunella cæruleo magno flore. *mag. hort.* 34.

2. PRUNELLA foliis radicalibus petiolatis integerrimis, caulinis laciniatis. *Laciniata.*

Prunella folio laciniato. *mag. Bot.* 40. *hort.* 34.

* PHARM. *Prunellæ* herba, aqua. Vis vulneraria, adſtringens, antianginoſa.

*Hyſſopifolia.* 3. PRUNELLA foliis lanceolato-linearibus ſeſſilibus ciliatis. *h. m.* 295.

Prunella hyſſopifolia. *mag. Bot.* 40. *hort.* 34.

## ORIGANUM.

*Cal.* minimus figuræ incertæ: 2-labiatus: 2-phyllus: 5-dentatus.

*Herba* ſubfruteſcens. *fulc.* bracteæ in ſpicam ſtrobiliformem 4-gonam congeſtæ floſculos diſtinguentes.

*Creticum.* 1. ORIGANUM ſpicis aggregatis longis priſmaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. *h. m.* 288. *L'origan de Crête.*

Origanum monſpelienſe pulchrum. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

* PHARM. *Origani cretici* ſpicæ, oleum ſtillatitium. Vis calida, ſtimulans, ſtomachica, antiodontalgica.

*Vulgare.* 2. Origanum ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus. *h. m.* 288. *L'origan commun.*

Origanum ſylveſtre. *mag. Bot.* 194.

Origanum vulgare ſpontaneum. *mag. hort.* 149.

* PHARM. *Origani vulgaris* herba, oleum ſtillatitium. Priori ſuccedanea.

*Majorana.* 3. ORIGANUM foliis ovatis obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. *h. m.* 289. *La marjolaine.*

* PHARM. *Majoranæ* herba, aqua, oleum ſtillatitium. Vis reſolvens, nervina, cephalica, antiepileptica, ſternutatoria, coryzæ adverſa, ſtomachica.... *Oleum ſtillatitium* ad gutt. 2. eleoſachari formâ.

CLINOPODIUM.

## CLINOPODIUM.

*Stigma* acutum compreſſum.
*Herba. inflor.* verticillato-capitata terminalis. *fulc.* bracteæ ſetaceæ involucriformes innumeræ capitulo ſubjectæ.

1. CLINOPODIUM capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis. *h. m.* 287. *Le baſilic ſauvage.* *Vulgare.*
Clinopodium origano ſimile. *mag. Bot. hort.* 59.

## MELITTIS.

*Cal.* campanulatus tubo corollæ amplior. *cor.* labium ſuperius planum : inferius crenatum. *Antheræ* per paria cruciatæ.
*Herba. inflor.* axillaris ſolitaria pedunculata oppoſita.

1. MELITTIS. *h. m.* 293. *La meliſſe bâtarde, ou de montagne.* *Melyſſophyllum.*
Lamium montanum meliſſæ folio. *mag. Bot.* 149.
Meliſſa tragi. *mag. hort.* 133.
* PHARM. *Meliſſæ ſylveſtris* ſeu *melyſſophylli* herba. VIS vulneraria, antiiſchurica † ex *Tournef.*

## MELISSA.

*Cal.* angulatus ſcarioſus : labio ſuperiore aſcendente. *cor.* labio ſupremo fornicato 2-fido.
*Herba. inflor.* pedunculi axillares multiflori.

1. MELISSA racemis axillaribus verticillatis, pedicellis ſimplicibus. *h. m.* 290. *La meliſſe ou citronelle.* *Officinalis.*
Meliſſa hortenſis. *mag. Bot.* 175. *hort.* 133.

* PHARM. *Melissæ citrinæ.* Herba, aqua, oleum stillatitium, conserva. Vis resolvens, emmenagoga, cardiaca, cephalica, antihysterica, antimelancholica.

*Grandiflora.* 2. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine florum. *h. m.* 290. *Le calament de montagne.*

Calamintha montana præstantior. *mag. hort.* 38.

* PHARM. *Calaminthæ magno flore* herba. Vis subsequentis.

*Calamintha.* 3. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *h. m.* 290. *Le calament ordinaire.*

Calamintha vulgaris officinarum Germaniæ. *mag. Bot.* 44. *hort.* 38.

* PHARM. *Calaminthæ vulgaris* herba. Vis resolvens, pellens, expectorans, stomachica, antiasthmatica... præstans, exoleta licèt.

*Nepeta.* 4. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente.. *h. m.* 291. *Le calament à odeur de pouliot.*

Calamintha pulegii odore, sive nepeta. *mag. Bot.* 44. *hort.* 37.

* PHARM. *Calaminthæ pulegii odore* herba. Vis prioris.

## TEUCRIUM.

*Cor. stam. caul.* vide infrà; *calyces quinquefidos. inflor.* racemosa secunda.

*Scorodonia.* 10. TEUCRIUM calycibus bilabiatis infernè ventricosis, racemis secundis, foliis cordatis serratis petiolatis. *h. m.* 270. *La fausse sauge.*

Scordium alterum, sive salvia sylvestris. *mag. hort.* 181.

* PHARM. *Scorodoniæ* herba, flores. Vis *scordii* vi analogâ, quandoque succedaneâ.

## SIDERITIS.

*Cor. stigm. caul. inflor.* vide infrà; *calyces quinquefidos. fol.* spinulâ terminata.

5. SIDERITIS herbacea decumbens, calycibus spinosis, labio superiore integerrimo. *h. m.* 277. *Romana.*
Sideritis verticillis spinosis. *mag. Bot.* 241.
Sideritidis genus verticillis spinosis. *mag. hort.* 184.

** *CALYCIBUS SUBQUINQUEFIDIS.*

## GLECHOMA.

*Cal.* 5-fidus. *Antheræ* per paria in crucem conniventes.
*Herba*, stolonifera. *inflor.* verticillata axillaris subsessilis.

1. GLECHOMA foliis reniformibus crenatis. *h. m.* 280. *Le lierre terrestre.* *Hederacea.*
Hedera terrestris vulgaris. *mag. Bot.* 124. *hort.* 94.
* PHARM. *Hederæ terrestris* herba, succus, syrupus. Vis vulneraria abstergens, anticephalalgica, tussi, ulceri interno adversa.. *syrupus* ad unc. 1.. *herba* ad pug. 1. 2. pro cyatho.

## MENTHA.

*Cor.* 4-fida subæqualis : lacinia latiore emarginata. *stam.* distantia.
*Herba. inflor.* verticillis nudis remotis aut approximatis.

1. MENTHA floribus spicatis, foliis oblongis serratis. *h. m.* 279. *La menthe sauvage.* *Spicata.*
Mentha sylvestris longioribus, nigrioribus, & minùs incanis foliis. *mag. hort.* 134.
Spicis confertis, foliis tomentosis serratis lineari-lanceolatis. β. Longifolia.
Mentha sylvestris folio longiore. *mag. Bot.* 176. *hort.* 134.
Foliis ovatis tomentosis, floribus verticillato-spicatis. γ. Rotundifolia.
Mentha sylvestris rotundiore folio. *mag. Bot.* 175. *hort.* 134.

Mentha sylvestris rotundiore folio, purpureo flore, *mag. Bot.* 175. *hort.* 174.

* PHARM. *Menthastri* herba. Vis anthelmintica, antiasthmatica, emmenagoga.

*Aquatica.* 2. MENTHA floribus capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corollâ longioribus. *h. m.* 279. *Le baume ou la menthe aquatique.*

Mentha aquatica, sive sisymbrium. *mag. Bot.* 175. hirsutius. *hort.* 134.

Mentha rotundifolia palustris, seu aquatica major. *mag. hort.* 134.

* PHARM. *Menthæ aquaticæ* herba, succus. Vis stomachica, diuretica, antiemetica, antispasmodica, anticolicalis.

*Pulegium.* 3. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus. *h. m.* 279. *Le pouliot.*

Pulegium latifolium. *mag. Bot.* 214. *hort.* 166.

* PHARM. *Pulegii* herba. Vis præcedentium sed fortior, asthmati, tussi convulsivæ adversa.

*Cervina.* 4. MENTHA floribus verticillatis, foliis linearibus. *h. m.* 280.

Pulegium cervinum monspeliense odoratius. *mag. Bot.* 214.

Pulegium angustifolium, sive cervinum. *mag. hort.* 166.

*Gentilis.* 5. MENTHA floribus verticillatis, foliis acutis ovatis serratis, staminibus corollâ brevioribus. *h. m.* 577. *La menthe des jardins.*

* PHARM. *Menthæ hortensis* herba, aqua, extractum, syrupus, oleum. Vis stomachica, antiemetica, antispasmodica, lac resolvens, pellens, antihysterica, carminativa, emmenagoga, sterilitans... *extract.* à gran. x. ad xx. *succus*, *aqua* ad unc. 1. 2. *syrupus* ad unc. 1.

## SIDERITIS.

*Cor. stam.* intra tubum latitantia. *stigmatis* lacinia alteram subvaginans. *Calyces* pungentes.

*Herba. inflor.* verticillata sessilis. *fulc.* bracteæ pungentes.

1. SIDERITIS herbacea erecta hispido-pilosa, foliis summis amplexicaulibus. *h. m.* 277. *Perfoliata.*
2. SIDERITIS foliis lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus æqualibus. *h. m.* 278. *Hyssopifolia.*
   Sideritis alpina hyssopifolia. *mag. hort.* 184.
3. SIDERITIS foliis lanceolatis acutis dentatis, bracteis ovatis dentato-spinosis, calycibus æqualibus, spicis ovatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 803. *Scordioïdes.*
   Sideritis monspeliaca scordioïdes. *mag. Bot.* 240. *hort.* 184.
   Sideritis foliis hirsutis profundè crenatis. *Tour.* 197.
   Sideritis montana scordioïdes tomentosa. *Barr. icon.* 1150. optima.
   Sideritis, *hirsuta*, foliis lanceolatis subdentatis, bracteis cordatis. *Linn. sp. pl. edit.* 1ª. *pag.* 575. *Goüan. hort. monsp.* 278. *Gerard. fl. gallop.* 270.

β. Sideritis scordioïdes pyrenaïca latiore folio. *mag. hort.* 184.

4. SIDERITIS foliis lanceolatis obtusis dentatis pilosis, bracteis dentato-spinosis, caule hirto, spicis interruptis elongatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 803. *Hirsuta.*
   Betonica, *hirta*, verticillata spinosa, calycibus subspinosis. *Linn. syst. Goüan. h. m.* 276.
   Tetrahit caule procumbente, foliis sessilibus. *Gerard. gall.* 272.
   Sideritis hirsuta procumbens. *Tour.* 191.
   Sideritis vulgaris hirsuta. *mag. Bot.* 240. *hort.* 184.

## LAVANDULA.

*Cal.* ovatus subintegerrimus. *cor.* resupinata. *stam.* intra tubum corollæ.
*Fruticulus. inflor.* terminalis spicata.

1. LAVANDULA foliis lanceolato-linearibus, spicâ comosâ. *h. m.* 275. *Le stecas.* *Stœchas.*

Stæchas arabica vulgò dicta. *mag. Bot.* 246. *hort.* 188.

β. Stæchas arabica cum ligulis albis. *mag. Bot.* 246. *hort.* 189.

Obs. *Bracteæ* terminales steriles albæ. *Corollæ* purpureæ.

* Pharm. *Stæchadis arabicæ* flores. Vis cephalica, nervina, antiparalytica, antivertiginosa.

*Spica.* 2. LAVANDULA bracteis calyce brevioribus, floribus verticillato-spicatis, foliis integerrimis. *h. m.* 276. *La lavande, l'aspic.*

Lavandula latifolia. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113. angustifolia. *ibid.*

* Pharm. *Lavandulæ* flores, semina, oleum essentiale; *spicæ* oleum essentiale. Extus & intus. Vis nervina, cephalica, uterina, antiparalytica, sialagoga, balbutiei & aphoniæ adversa. *Flores & semina* pulverata à scrup. 1 ad drach. 1... *flores* etiam in infuso theiformi... *aqua stillatitia* simplex aut spirituosa, necnon *tinctura florum spirituosa* ad usque unc. 2... *oleum* à gutt. 2. ad 6.

## TEUCRIUM.

*Cor.* labium superius (nullum?) minimum ultra basin 2-partitum, divaricatum. *stam.* inter ipsius divisuram.

*Caul. inflor. fol.* & *fulcr.* indeterminata.

### * *Floribus subcapitatis.*

*Montanum.* 1. TEUCRIUM floribus subcapitatis, foliis integerrimis lanceolatis. *h. m.* 270.

Polium lavandulæ folio. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.

*Polium.* 2. TEUCRIUM floribus subcapitatis, foliis linearibus sessilibus tomentosis apice crenatis. *h. m.* 270. *Le polium.*

Polium montanum luteum. *mag. Bot.* 207. *hort.* 161.

Variegatum. γ. Polium incanum flore luteo & purpuro-ferrugineo mixto. *mag. Bot. app.* 311. *hort.* 161.

* Pharm. *Polii* comæ floridæ. Vis tonica antiauriginosa.

3. TEUCRIUM capitulis pedunculatis, foliis lanceolatis crenatis tomentosis, caule erecto. *Linn. edit.* 2*a*. *sp. pl.* 792. *Le pouliot de mer.* *Capitatum.*

β. Polium maritimum erectum monspeliacum. *Bauh. hist.* 3. *pag.* 699. *mag. Bot. pag.* 207. *hort.* 162. *Tour.* 208.

HABITAT in monte Cetio, *à Maguelone*, & in saxosis circa *Selleneuve*, *Corpouiran.*

## ** *Floribus axillaribus sessilibus.*

4. TEUCRIUM floribus axillaribus solitariis, foliis lineari-tripartitis integerrimis. *h. m.* 270. *L'ivette ordinaire.* *Chamæpitys.*

Chamæpitys lutea vulgaris folio trifido. *mag. Bot.* 61. *hort.* 54.

* PHARM. *Chamæpityos* herba, flores. Vis aperiens, pellens, nervina, cephalica, antihysterica, emmenagoga, antirhumatismalis, antiarthritica. Datur in infuso.

5. TEUCRIUM floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis linearibus tridentatis sessilibus. *h. m.* 271. *L'ivette musquée.* *Iva.*

Chamæpitys moschata folio serrato. *mag. Bot.* 61. *hort.* 54.

* PHARM. *Ivæ moschatæ* herba, flores. Vis præcedentis.

## *** *Floribus verticillatis.*

6. TEUCRIUM floribus axillaribus verticillatis pedunculatis senis, calycibus infernè ventricosis, foliis pinnatifidis. *h. m.* 272. *Botrys.*

Chamædrys folio laciniato. *mag. Bot.* 59. *hort.* 52.

7. TEUCRIUM floribus verticillatis pedunculatis quaternis, calycibus ventricosis, foliis ovatis sessilibus dentatis. *h. m.* 273. *Le scordium ou chamarras.* *Scordium.*

Scordium. *mag. Bot.* 233. *hort.* 161.

* PHARM. *Scordii* herba, syrupus, aqua stillatitia. Vis diaphoretica, alexiteria, anthelmintica,

aperiens, pellens, antigangrænosa, abstergens: *Flores & folia* ad manip. 1. pro aquæ pinta.. *syrupus* ad unc. 1.. *aqua stillatitia* ab unc. 2 ad 6... *Diascordii Fracastorii.* Vis hypnotica, anodina, antidiarrhoica: datur à scrup. 1. ad drach. 1.

*Chamædrys.* 8. TEUCRIUM floribus verticillatis pedunculatis quaternis, calycibus ventricosis, foliis ovatis inciso-crenatis petiolatis. *h. m.* 273. *La germandrée ou petit chêne.*

Chamædrys vulgò vera existimata. *mag. Bot.* 58. *hort.* 51.

* PHARM. *Chamædryos* herba. Vis corroborans, incidens, pellens, diuretica, sudorifera, emmenagoga, febrifuga, antiarthritica, antiscrophulosa, stomachica. *Herba* ad pug. 1. 2. in infuso... *pulvis* ad usque drach. 1.

*Flavum.* 9. TEUCRIUM floribus verticillatis pedunculatis senis, calycibus ventricosis, foliis subcordatis crenatis petiolatis, bracteis concavis integerrimis. *h. m.* 273.

Teucrium vulgare fruticans. *mag. Bot.* 249.

Chamædrys frutescens, teucrium vulgò. *mag. hort.* 51.

## AJUGA.

*Cor.* labio superiore minimo staminibus breviore.

*Herba*, simplicissima. *inflor.* verticillis approximatis.

*Reptans.* 1. AJUGA stolonibus reptantibus. *h. m.* 269. *La bugle.*

Consolida media pratensis cærulea. *mag. Bot.* 73.

Bugula. *mag. hort.* 34.

* PHARM. *Bugulæ*, *consolidæ mediæ*, herba, succus, flores. Vis vulneraria, sub-astringens, ischæma. *Flores* ad pugill. 1. 2.. *folia* ad man. 1.. *succus depuratus* ab unc. IV ad VI.

*Pyramidalis.* 2. AJUGA tetragono-pyramidalis. *Linn. syst. nat.* 1095.

Consolida media pratensis hirsuta. *mag. Bot.* 294.
Bugula sylvestris villosa. *mag. hort.* 35.
HABITAT in umbrosis *au Capouladou, la Serane, & à Lamalou.*

## PHLOMIS.

*Cal.* angulatus. *cor.* labio superiore compresso, incumbente, villoso.
*Suffrutex. fulc.* bracteæ involucriformes verticillis subjectæ.

1. PHLOMIS foliis lanceolatis tomentosis, floralibus ovatis, involucris setaceis lanatis. *h. m.* 286. *Lychnitis.*
Verbascum sylvestre monspeliense, flore luteo hiante. *mag. Bot.* 275.
Phlomis lychnites. *mag. hort.* 159.
2. PHLOMIS involucris setaceis hispidis, foliis ovato-oblongis scabris, caule herbaceo. *h. m.* 286. *Herba venti.*
Marrubium nigrum latifolium. *mag. Bot.* 174.
Herba venti. *mag. Bot.* 127.
Phlomis narbonensis hormini folio, flore purpurascente. *mag. hort.* 158.

## BETONICA.

*Cal.* aristatus. *cor.* labio superiore ascendente planiusculo: tubo filiformi.
*Herba. inflor.* verticillata. *fulc.* bracteæ oppositæ.

1. BETONICA spicâ interrupta, corollarum lacinia labii intermedii emarginata. *h. m.* 276. *La betoine.* *Officinalis.*
Betonica purpurea. *mag. Bot.* 38. *hort.* 32.
* PHARM. *Betonicæ* herba, flores, aqua, syrupus. Vis nervina, tonica, cephalica, sternutatoria, dolori capitis adversa.. *folia* ad man. 1. in infuso, decocto... *syrupus* ab unc. ß. ad unc. 1.

## LAMIUM.

*Cor.* labio ſuperiore integro fornicato: inferiore 2-lobo: *faux* utrinque margine dentata.

*Herba. inflor.* axillaris: verticillis multifloris ſeſſilibus.

*Album.* 1. LAMIUM foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis. *h. m.* 281. *L'ortie morte.*

Lamium album, ſive archangelica flore albo. *mag. hort.* 110.

* PHARM. *Lamii albi* herba, flores. *Herbæ* vis antileucorrhoïca. In infuſo theiformi.... *flores* in oleo olivarum ad ſolem infuſi, vulneribus tendinum appropriati *ex Dodartio.*

*Purpureum.* 2. LAMIUM foliis cordatis obtuſis petiolatis. *h. m.* 281.

Lamium purpureum fætidum folio ſubrotundo. *mag. Bot.* 148. *hort.* 110.

*Amplexicaule.* 3. LAMIUM foliis cordatis crenatis, bracteis cordatis inciſis amplexicaulibus. *h. m.* 281.

Lamium folio caulem ambiente, minus. *mag. Bot.* 149. *hort.* 110.

## GALEOPSIS.

*Cal.* ariſtatus. *cor.* labio ſuperiore crenato fornicato: labio inferiore utrinque denticulum exſerente.

*Herba. fulc.* bractea ſubulata ad baſin cujuſlibet calycis.

*Ladanum.* 1. GALEOPSIS internodiis caulinis æqualibus, verticillis omnibus remotis. *h. m.* 281.

Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra. *mag. Bot.* 241.

Galeopſis patula ſegetum purpuraſcente flore. *mag. hort.* 84.

2. GALEOPSIS internodiis supernè incrassatis, verticillis subnudis, subcontiguis. *h. m.* 282. *Tetrahit.*

Urtica procerior calyculis aculeatis. *mag. hort.* 84.

3. GALEOPSIS verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo. *h. m.* 282. *L'ortie morte à fleurs jaunes.* *Galeob.*

Lamium folio oblongo luteum. *mag. Bot.* 149.

Galeopsis sive urtica iners flore luteo. *mag. hort.* 82.

* PHARM. *Galeopseos* sive *urticæ inertis flore luteo* herba, lamii albi quandoque succedanea, rari usûs.

## STACHYS.

*Cal.* pungens. *cor.* labium inferius lateribus reflexum. *stam.* deflorata ad latera deflexa.

*Herba. fulc.* bracteæ binæ pluresve involucriformes.

1. STACHYS verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 282. *La grande ortie puante.* *Sylvatica.*

Lamium maximum sylvaticum fœtidum. *mag. Bot.* 299.

Galeopsis procerior fœtida spicata. *mag. hort.* 82.

* PHARM. *Galeopseos*, sive *urticæ inertis magnæ fœtidissimæ* herba. Vis vulneraria, resolvens, antiulcerosa.

2. STACHYS verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semi-amplexicaulibus. *h. m.* 282. *La petite hortie puante.* *Palustris.*

Stachys palustris fœtida. *mag. Bot.* 246.

Sideritis anglica strumosâ radice. *mag. hort.* 184.

* PHARM. *Galeopseos angustifoliæ fœtidæ* herba. Vis præcedentis.

3. STACHYS verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis. *h. m.* 282. *Germanica.*

Stachys major germanica. *mag. Bot.* 245. *hort.* 189.

4. STACHYS verticillis 6-floris, foliis radicalibus ovalibus crenatis, summis ovatis integerrimis, corollis calyce duplo longioribus. *Maritima.*

Sideritis salviæ folio nostras. *mag. Bot.* 203. *Boccon. mus.* 1. *p.* 164. *tab.* 127.

Sideritis maritima flore ex luteo pallescente. *Tour.* 203.

Habitat Monspelii versùs mare & stagna, *à Mauguio, Perauls, Lattes.*

Hanc etiam circa Massiliam & *S. Tropès* vidit & mecum communicavit eruditissimus & generosissimus Frater *Gabriel* Capucinus.

*Caulis* fruticulosus lanatus. *Folia* radicalia longè petiolata lanata, crenata rugosa, obtusa, ovalia. Summa & verticillis subjecta sessilia, sæpius ovata acutiuscula integerrima. *Calyces* lanati inermes magni. *Corollæ* flavæ magnæ villosæ. *Stamina longiora* labium superius adæquantia.

*Annua.* 5. STACHYS verticillis 6-floris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis lævibus petiolatis. *Linn. sist. nat. sp. pl. edit.* 2ª. 218.

Sideritis arvensis annua latifolia glabra. *mag. Bot.* 305. *hort.*

Betonica, *annua*, verticillata calycibus spinosis. *Linn. sp. pl. edit.* 1ª. 573.

Habitat circa *Lunel* & *Sommieres.*

*Hirta.* 6. STACHYS verticillis 6-floris, caulibus prostratis, corollis labio superiore bifido divaricato reflexo. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 813.

Galeopsis, *hirsuta*, caule piloso, calycibus labio corollæ superiore longioribus. *Linn. sp. pl. edit.* 1ª. 580.

Sideritis, *ocymastrum*, foliis ovatis obtusis, corollis labio superiore divaricatis. *Linn. sist. nat.* 1098. *Goüan. h. m.* 278.

Habitat in saxosis circa *Pezenas* & *Gigean.* *Folia* radicalia obtusa cordata, longè petiolata hirsuta; *calyces* aristati; *rami* debiles, flexiles.

## NEPETA.

*Cor.* labium inferius crenatum: *faux* margine reflexo.

*Herba*, canefcens. *fulc.* bracteæ fubulatæ verticillis fubjectæ margine exalbido fubmembranaceo.

1. NEPETA verticillis fpicatis pedicellatis, foliis cordatis petiolatis dentato-ferratis. *h. m.* 275. *L'herbe au chat.* *Cataria.*

Mentha cataria major & vulgaris. *mag. Bot.* 176.

Cataria major vulgaris. *mag. hort.* 48.

* PHARM. *Nepetæ* herba. Vis aperiens, emmenagoga, antihyfterica, anthelmintica, cephalica, antichlorotica. Datur in infufo aquofo vel vinofo.

## SATUREJA.

*Cor.* laciniæ fubæquales; *ftigmata* fetacea.

*Fruticulus* & *herba. fol.* punctulis (*glandulis?*) adfperfa.

1. SATUREJA pedunculis bifloris. *h. m.* 273. *La farriette.* *Hortenfis.*

Satureja hortenfis. *mag. Bot.* 230.

Satureja hortenfis, five cunila fativa Plinii. *mag. hort.* 178.

* PHARM. *Saturejæ* herba, aqua, oleum. Vis orexica, incidens, antiafthmatica, aphrodifiaca, pellens. Datur in infufo.. *oleum* in dolore dentium à carie optimum.

2. SATUREJA pedunculis dichotomis lateralibus folitariis, calycibus foliifque mucronatis. *h. m.* 273. *La farriette fauvage.* *Montana.*

Satureja montana flofculis candidis. *mag. Bot.* 230. *hort.* 178.

HABITAT cum priori in glareofis circa *Caunelles.*

## BALLOTTA.

*Cal.* hypocrateris. 5-dentatus, 10-ſtriatus. *cor.* labium ſuperius crenatum concavum.

*Herba. inflor.* verticillata, floſculis pedunculatis. *fulc.* bracteæ involucriformes.

*Nigra.* 1. BALLOTTA foliis cordatis indiviſis ſerratis. *h. m.* 283. *Le marrube noir, le marrube puant, la ballotte.*

Marrubium nigrum fœtidum. *mag. Bot.* 174.

Marrubiaſtrum rivini. *mag. hort.* 130.

* PHARM. *Marrubii nigri* ſeu *ballottes* herba, verticilli. Extus vis reſolvens, abſtergens, antiulceroſa, ſubanodina. Intus *verticilli* antiauriginoſi †: dantur ad drach. 1.

## MARRUBIUM.

*Cal.* hypocrateris. rigidus, 10-ſtriatus. *cor.* labium ſuperius rectum lineare 2-fidum.

*Herba. inflor.* verticillata ſeſſilis. *fulc.* bracteæ involucriformes.

*Vulgare.* 1. MARRUBIUM dentibus calycinis ſetaceis uncinatis. *h. m.* 284. *Le marrube blanc.*

Marrubium vulgare album. *mag. Bot.* 174. *hort.* 131.

* PHARM. *Marrubii albi* herba, *ſummitates*, ſuccus, ſyrupus. Vis aperiens, pellens, incidens, emmenagoga, thoracica, anthelmintica, antiaſthmatica, antiauriginoſa. *Herba* à pug. ſſ. ad pugil. 1. in decocto, pulverata à drach. 1. ad drach. 2.. *ſyrupus* ab unc. 1. ad unc. 2.. *ſuccus* ad unc. 2 vel 3.

# DIDYNAMIA

## ANGIOSPERMIA.

* *Calycibus 2-fidis.*

### OROBANCHE.

*Cor.* ringens, subæqualis, 4-fida. *caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma. *glandula* sub basi germinis.

*Herba. fol.* o. *inflor.* spicata. *fulc.* bracteæ squamosæ sparsæ.

1. OROBANCHE scapo lævi simplicissimo staminibus exsertis. *h. m.* 308. *Lævis.*

Orobanche magna purpurea monspessulana. *mag. Bot.* 195. *hort.* 151.

Habitat in pratis *à Lattes*, ubi altitudinem sesquipedalem sæpius attingit.

2. OROBANCHE scapo pubescente simplicissimo, staminibus exsertis. *h. m.* 308. *Major.*

Orobanche prima Dodonæi. *mag. Bot.* 195.

Orobanche major garyophyllum olens. *mag. hort.* 151.

3. OROBANCHE scapo ramoso, corollis quinquefidis. *h. m.* 308. *Ramosa.*

Orobanche subcæruleo flore, sive secunda. *mag. Bot.* 197. *hort.* 151.

β. Orobanche minor purpureo flore, sive ramosa. *mag. Bot.* 197. *hort.* 151.

### ACANTHUS.

*Cal.* 6-phyllus? lateralibus foliolis 2-subulatis: latioribus 2-oppositis: internis 2-lateralibus minimis. *cor.* 1-labiata deflexa, 3-fida. *stam.* lignosa villosa.

*Herba*, ſcapoſa nuda. *fol.* radicalis. *inflor.* ſpicata.

*Mollis.* 1. ACANTHUS foliis ſinuatis inermibus. *h. m.* 309. *L'acanthe* ou *brancurſine.*
Acanthus mollis, ſive Virgilii. *mag. Bot.* 2. *hort.* 3.
* PHARM. *Acanthi*, ſeu *brancæ urſinæ* herba. Vis emolliens, demulcens.

*Spinoſus.* 2. ACANTHUS foliis ſpinoſis pinnatifidis. *h. m.* 309.
Acanthus aculeatus. *mag. hort.* 3.

** *CALYCIBUS 4-FIDIS.*

## EUPHRASIA.

*Cal.* cylindricus. *cor.* perſonata. *antheræ* inferiores altero lobo baſi hinc ſpinoſæ.

*Herba. fol.* & *inflor.* indeterminata. *fulc.* bracteæ foliis ſubæquales.

OBS. Dicant alii quâ notâ ſecundariâ diſtinguantur *euphraſia*, *rhinanthus*, *melampyrum*? Gaudent *caule* 4-gono, *foliatione* oppoſita ſeſſili ſimplici, *infloreſcentia* eadem, & *fulcris.*

*Latifolia.* 1. EUPHRASIA foliis dentato-palmatis, floribus ſubcapitatis. *h. m.* 296.
Euphraſia purpurea minor. *mag. Bot.* 95.
Pedicularis annua purpurea verna minor. *mag. hort.* 154.

*Officinalis.* 2. EUPHRASIA foliis ovatis acutè dentatis, floribus ſparſis. *h. m.* 297. *L'eufraiſe.*
Euphraſia officinarum. *mag. hort.* 76.
* PHARM. *Euphraſiæ* herba, aqua, ſuccus. Vis incidens, tonica, cephalica, ophtalmica †. Datur *herba* in infuſo, & meliùs pulverata à drach. 1. ad drach. 3.. *aqua* vel *ſuccus* pro collyrio.

*Odontites.* 3. EUPHRASIA foliis linearibus, omnibus ſerratis. *h. m.* 297.

Euphraſia

Euphrasia pratensis rubra. *mag. Bot.* 93.
Pedicularis serotina purpurascente flore. *mag. hort.* 154.

4. EUPHRASIA foliis linearibus serratis, superioribus integerrimis. *h. m.* 297. *Lutea.*
Euphrasia pratensis lutea. *mag. Bot.* 95.
Pedicularis serotina lutea. *mag. hort.* 154.

## RHINANTHUS.

*Cal.* ventricosus. *cor.* personata. *caps.* obtusa compressa.

*Herba. inflor. fol. & fulc.* indeterminata. *bracteæ* foliis latiores.

1. RHINANTHUS calycibus hirsuto-tomentosis, foliis oppositis obtusè serratis. *h. m.* 296. *Trixago.*
Anthirrinum album serrato folio. *mag. Bot.* 23.
Pedicularis maritima folio oblongo serrato. *mag. hort.* 154.

2. RHINANTHUS corollarum labio superiore compresso breviore. *h. m.* 296. *Crista galli.*
Pedicularis pratensis lutea, sive crista galli. *mag. Bot.* 200. *hort.* 154.

## MELAMPYRUM.

*Cal.* tubulatus. *cor.* personata: labio superiore compresso margine replicato: *caps.* 2-locularis compressa. *sem.* 2-gibba.

*Herba. inflor.* indeterminata. *bracteæ* foliis latiores.

1. MELAMPYRUM spicis conicis laxis laceris. *h. m.* 297. *Le blé de vache.* *Arvense.*
Melampyrum purpurascente comâ. *mag. Bot.* 174.
Melampyrum multis, seu triticum vaccinum. *mag. hort.* 132.

*Pratense.* 2. MELAMPYRUM florum conjugationibus remotis, corollis claufis. *h. m.* 297.
Melampyrum luteum latifolium. *mag. Bot.* 302.
Melampyrum fylvaticum flore luteo, feu fatureja lutea fylveftris. *mag. hort.* 132.

*Sylvaticum.* 3. MELAMPYRUM corollis hiantibus. *Linn. fp. pl.* 605.
Melampyrum floribus fparfis feffilibus binatis, foliis omnibus indivifis. *Hall. helv.* 627.
HABITAT in humidis *à l'Efperou* & *Lamalou*. Corollæ parvæ luteæ.

*Nemorofum.* 4. MELAMPYRUM bracteis cordato-lanceolatis: fummis fterilibus coloratis, calycibus lanatis. *Linn. fp. pl.* 605.
Melampyrum criftatum flore albo & purpureo. *Tour.* 173.
HABITAT in fylvis *à Lamalou*.

*Criftatum.* 5. MELAMPYRUM fpicis quadrangularibus compactis obtufis imbricatis. *Linn. fp. pl.* 605.
HABITAT *à la Louzere*, & cum prioribus.

*** *CALYCIBUS 5-FIDIS.*

## SCROPHULARIA.

*Cor.* fubglobofa refupinata: *fauce* auctâ fegmento labium mentiente.
*Herba*, 4-gona fiftulofa. *fol.* oppofita.

*Nodofa.* 1. SCROPHULARIA foliis cordatis bafi tranfverfis, caule obtufangulo. *h. m.* 303. *La grande fcrophulaire commune.*
Scrophularia nodofa fœtida. *mag. Bot.* 234. *hort.* 181.
* PHARM. *Scrophulariæ fœtidæ* herba, radix, femina, unguentum. Vis antihæmorrhoïdalis, antifcrophulofa, antiulcerofa, antifcabiofa, antiherpetica.... radix ad drach. 1... *folia* applicata.

*Aquatica.* 2. SCROPHULARIA foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis lateralibus. *h. m.* 303. *La fcrophulaire aquatique ou l'herbe du fiege.*

Scrophularia aquatica major. *mag. Bot.* 234. *hort.* 182.

* PHARM. *Scrophulariæ aquaticæ* folia. Vis præcedentis, sed debilior. *Folia* sennam corrigunt anaticè ipsi mixta.

3. SCROPHULARIA foliis cordatis, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis. *h. m.* 304. *Vernalis.*

Scrophularia flore luteo. *mag. hort.* 182.

4. SCROPHULARIA foliis pinnatis, racemo terminali nudo. *h. m.* 304. *Canina.*

Scrophularia ruta, canina dicta. *mag. Bot.* 224. *hort.* 182.

5. SCROPHULARIA foliis cordatis: summis alternis, pedunculis axillaribus bifloris. *h. m.* 304. *Peregrina.*

Scrophularia urticæ folio. *mag. Bot.* 234. *hort.* 182.

## DIGITALIS.

*Cal.* 5-partitus. *cor.* campanulata 5-fida subtus ventricosa. *stam.* declinata.

*Herba* teres. *inflor.* racemosa secunda.

1. DIGITALIS foliolis calycinis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro. *h. m.* 305. *Purpurea.*
*La digitale, ou gants de Notre-Dame.*

Digitalis purpurea, folio aspero. *mag. hort.* 70.

* PHARM. *Digitalis* herba, flores, unguentum. Vis emetica, antiepileptica, extus antiscrophulosa., *herba* à pug. 1. ad pug. 2. in decocto.

2. DIGITALIS foliolis calycinis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido. *h. m.* 305. *Lutea.*

Digitalis major lutea seu pallida, parvo flore. *mag. Bot.* 86. *hort.* 70.

## ERINUS.

*Cal.* 5-phyllus. *cor. limbo* subæquali 5-fido: *lobis* emarginatis. *labio* superiore breviore reflexo.

*Herba. inflor.* racemosa æqualis: flosculis sessilibus.

*Alpinus.* 1. ERINUS floribus racemosis. *h. m.* 307.
Moschatellina cærulea. *mag. hort.* 138.

## ANTHIRRINUM.

*Cal.* 5-phyllus. *cor.* personata: basi deorsum prominente *nectarifera.*
*Herba. fol. inflor.* & *fulc.* indeterminata.

Obs. *Anthirrinum* inter Didynamas, & *veronica* inter Diandras irregulares eandem ex toto servant radicationem, caulescentiam, foliationem, inflorescentiam, & fulcra eadem. Nimirum species aliæ *radicibus* gaudent horizontalibus, aliæ perpendicularibus; *caule* repente aut erecto; *foliis* oppositis, ternis, quaternis, alternis aut sparsis; & gerunt flores solitarios, aut racemosos, aut spicatos, & fulcra diversa.

### * *Foliis angulatis.*

*Asarina.* 1. ANTHIRRINUM foliis crenatis cordatis oppositis. *h. m.* 299.
Anthirrinum saxatile repens hederæ terrestris folio. *mag. hort.* 19.

*Cymbalaria.* 2. ANTHIRRINUM foliis alternis cordatis quinquelobis. *h. m.* 299.
Linaria hederaceo folio, seu cymbalaria. *mag. hort.* 120.

*Elatine.* 3. ANTHIRRINUM foliis alternis hastatis, caule flaccido. *h. m.* 299. *La velvote.*
Elatine folio acuminato, flore cæruleo. *mag. Bot.* 89.
Linaria segetum nummulariæ folio aurito & villoso. *mag. hort.* 120.

*Spurium.* 4. ANTHIRRINUM foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus, corollis calcaratis. *h. m.* 300. *La velvote femelle.*
Elatine folio subrotundo. *mag. Bot.* 88.
Linaria elatine dicta folio subrotundo. *mag. hort.* 120.

## ** *Foliis oppositis.*

5. ANTHIRRINUM foliis carnosis glabris, inferioribus quaternis, caule erecto paniculato, floribus spicato: capitatis. *h. m.* 300. *Bipunctatum.*

6. ANTHIRRINUM foliis sublinearibus, inferioribus verticillatis, calycibus piloso-viscidis, floribus spicatis, caule erecto. *h. m.* 300. *Arvense.*

β. Linaria lutea parva annua. *mag. Bot.* 159. *hort.* 120.

7. ANTHIRRINUM foliis caulinis lanceolato-linearibus sparsis, radicalibus rotundis ternis. *h. m.* 120. *Pelisserianum.*

Linaria annua purpuro-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus. *mag. Bot.* 159. *icon.* 158. *hort.* 119.

8. ANTHIRRINUM foliis oppositis ovato-lanceolatis, summis alternis, floribus laxè racemosis. *h. m.* 301. *Origanifolium.*

Anthirrinum saxatile serpylli folio. *mag. Bot.* 25. *icon.* 24.

Linaria saxatilis serpyllifolia. *mag. hort.* 120.

9. ANTHIRRINUM foliis lanceolato-linearibus oppositis: summis alternis, corollis ecaudatis, calycibus corollâ longioribus. *Orontium.*

Anthirrinum corollis ecaudatis, calycibus corollâ longioribus. *h. m.* 302.

Anthirrinum arvense majus. *mag. Bot.* 23. *hort.* 19.

## *** *Foliis alternis.*

10. ANTHIRRINUM foliis linearibus acuminatis alternis, floribus racemosis, caule diffuso. *h. m.* 301. *Supinum.*

Linaria pumila supina lutea. *mag. Bot.* 159. *hort.* 120.

Obs. Non solùm in saxosis montis Lupi & montis *Capouladou* oritur, ut notat *Magnolius*, sed & in herbidis juxta fluvium *Herau*, in descensu ipsius montis, & *à la Scambrettes*, ubi variat

foliis omnibus inferioribus quaternis, calycibusque piloso-hispidis, & ex toto *ant. arvensis* faciem induit. Flores lutei magni odoratissimi.

*Linaria.* 11. ANTHIRRINUM foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis sessilibus terminalibus, floribus imbricatis. *h. m.* 301.

Linaria vulgaris lutea flore majore. *mag. hort.* 120.

* PHARM. *Linariæ* herba, *aqua stillatitia*, *unguentum.* Extus vis anodina, antihæmorrhoïdalis, antiulcerosa, antiephelica. Intus aperiens, incidens, antiicterica, diuretica †, antihydropica, eccoprotica. . *aqua stillatitia* ab unc. IV ad unc. VI.

*Monspessulanum.* 12. ANTHIRRINUM foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunculis spicatis nudis. *h. m.* 301.

Linaria odorata monspessulana. *mag. Bot.* 157. *hort.* 119.

*Minus.* 13. ANTHIRRINUM foliis lanceolatis obtusis alternis, caule ramosissimo diffuso. *h. m.* 301.

Anthirrinum arvense minus. *mag. Bot.* 23.

Linaria pumila vulgatior arvensis. *mag. hort.* 120.

**** *Corollis ecaudatis hiantibus, foliis alternis.*

*Majus.* 14. ANTHIRRINUM corollis ecaudatis, calycibus rotundatis. *h. m.* 302. *Le musle de veau.*

Anthirrinum majus flore roseo. *mag. Bot.* 23. *hort.* 18.

*Bellidifolium.* 15. ANTHIRRINUM foliis imis spathulatis, summis digitatis. *h. m.* 302.

Linariæ aliquatenus similis folio bellidis. *mag. hort.* 120.

## PEDICULARIS.

*Cal.* 5-fidus. *cor.* personata. *caps.* mucronata obliqua. *sem.* tunicata.

*Herba. fol.* composita, pinnata, bipinnata.

1. PEDICULARIS caule ramoſo, calycibus angulatis obtuſis. *h. m.* 298. *Sylvatica.*

2. PEDICULARIS caule ſubramoſo, corollis galeâ roſtrato-acuminatis, calycibus ſubhirſutis. *h. m.* 298. *Roſtrata.*

3. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis quaternis. *h. m.* 298. *Verticillata.*

4. PEDICULARIS caule ſimplici, calycibus crenatis, corollis galeâ roſtrato-uncinatis. *h. m.* 298. *Tuberoſa.*
Pedicularis alpina aſphodeli radice, flore purpuraſcente. *mag. hort.* 154.

## LINNÆA.

*Cal.* duplex : *floris* 5-partitus ſuperus : *fructus* diphyllus. *bacc.* 2-ſperma ſicca. *cor.* campanulata.

*Herba* repens. *inflor.* terminalis geminata : floſculis duobus pedicello proprio innixis.

1. LINNÆA floribus geminatis. *h. m.* 307. *La linnée.* *Borealis.*

* PHARM. *Linnææ* herba. Vis diluens, diuretica, anodina, in rheumatiſmo ſpecifica, ex Linnæi epiſtola ad me ſcripta.

## VITEX.

*Cal.* 5-dentatus. *cor.* limbus 6-fidus. *bacca*, 4-ſperma.

*Arbor. fol.* oppoſita compoſita digitata.

1. VITEX. *h. m.* 309. *Le faux poivrier.* *Agnus caſtus.*
Agnus caſtus flore exalbido aut cæruleo. *mag. hort.* 7.

# *DIADELPHIA HEXANDRIA.*

## FUMARIA.

*Cal.* foliolis 2-lateralibus oppositis. *cor.* ringens: *filamenta* 2-membranacea fingula antheris 3.

*Herba. fol.* sparsa composita pinnata.

### * *Floribus unicalcaratis.*

*Bulbosa.* 1. FUMARIA caule simplici, bracteis longitudine florum. *h. m.* 353.

Fumaria bulbosa radice cavâ major. *mag. Bot.* 296. *hort.* 82.

β. Fumaria bulbosa radice non cavâ major. *mag. hort.* 82.

*Officinalis.* 2. FUMARIA pericarpiis monospermis racemosis, caule diffuso. *h. m.* 353. *La fumeterre.*

Fumaria officinarum. *mag. Bot.* 100. *hort.* 82. & floribus dilutè, purpureis. *ibid.*

* PHARM. *Fumariæ* herba, succus, conserva, extractum. Vis incidens, aperiens, pellens, visceralis, roborans, anticachectica, antihypochondriaca, antimelancholica, antiauriginosa, antiscabiosa †. *Succus* ab unc. III ad unc. VI.. *conserva* ad usque unc. ß.. *extractum* à drach. ß. ad drach. I.

*Spicata.* 3. FUMARIA pericarpiis monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus. *h. m.* 354.

Fumaria minor, seu nobilis monspeliaca. *mag. Bot.* 101.

Fumaria minor tenuifolia, seu nobilis monspeliaca. *mag. hort.* 82.

β. Fumaria foliis tenuissimis, floribus albis circa Monspelium nascens. *Bauh. pin.*

Fumaria tenuissimis foliis, flore albo. *mag. Bot.* 101. *hort.* 82.

4. FUMURIA pericarpiis racemosis monospermis, foliis scandentibus subcirrhosis. *h. m.* 354. *Capreolata.*

Fumaria viticulis & capreolis plantis vicinis adhærens. *mag. Bot.* 101. *hort.* 82.

5. FUMARIA siliquis linearibus, foliis cirrhiferis. *h. m.* 354. *Claviculata.*

Habitat in sterilibus saxosis, ericetis, & ilicetis *au-delà de Pezenas.*

# *DIADELPHIA DECANDRIA.*

## TRIFOLIUM.

18. TRIFOLIUM corollis monopetalis, spicis villosis longis, caule erecto, foliis serrulatis. *h. m.* 389. *Rubens.*

Trifolium montanum spicâ longissimâ rubente. *mag. Bot.* 261. *hort.* 198.

19. TRIFOLIUM corollis monopetalis, spicis subvillosis, cinctis bracteis oppositis membranaceis. *h. m.* 390. *Pratense.*

Trifolium pratense purpureum. *mag. Bot.* 261. *hort.* 198.

20. TRIFOLIUM spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis setaceis æqualibus. *h. m.* 390. *La patte de lievre.* *Lagopus; arvense.*

Trifolium arvense humile spicatum, sive lagopus. *mag. Bot.* 262. *hort.* 198.

21. TRIFOLIUM capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente. *h. m.* 388. *Repens.*

Trifolium pratense album. *mag. Bot.* 261. *hort.* 198.

22. TRIFOLIUM capitulis sessilibus globosis hirsutis, calycibus inflatis reflexis. *h. m.* 392. *Tomentosum.*

Trifolium fragiferum tomentosum. *mag. Bot.* 265. *icon.* 264. *hort.* 199.

# GYNANDRIA

# HEXANDRIA.

## ARISTOLOCHIA.

*Hexagyna. cal.* o. *cor.* ligulata integra. *capſ.* infera 6-locularis.

*Herba* flexuoſa angulata. *rad.* tuberoſa ſolida ſtolonifera.

*Piſtolochia.* 1. ARISTOLOCHIA foliis cordatis crenulatis petiolatis, floribus ſolitariis. *h. m.* 476. foliis ſubtus reticulatis.

Ariſtolochia piſtolochia dicta. *mag. Bot.* 28. *hort.* 22.

*Atropurpurea.* β. Piſtolochia dicta flore nigro. *mag. hort.* 22.

HABITAT reverà β in umbroſis montis Capouladou, & in ſylvula quadam ad dexteram aſcendendo ad montem dictum *le puy de S. Loup.*

*Rotunda.* 2. ARISTOLOCHIA foliis cordatis ſubſeſſilibus obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *h. m.* 476.

Ariſtolochia rotunda flore ex purpura nigro. *mag. Bot.* 27. *hort.* 22.

β. Ariſtolochia rotunda flore ex albo purpuraſcente. *mag. Bot.* 27. *hort.* 22.

* PHARM. *Ariſtolochiæ rotundæ* radix. Vis emmenagoga, abortiva, diuretica, reſolvens, calefaciens, abſtergens, *in ſubſtantia* à drach. ſſ. ad drach. II. in infuſo ad uſque unc. ſſ.

*Longa.* 3. ARISTOLOCHIA foliis cordatis petiolatis integerrimis obtuſiuſculis, caule infirmo, floribus ſolitariis. *h. m.* 477. *L'ariſtoloche longue.*

Ariſtolochia longa vera. *mag. Bot.* 28. *hort.* 22.

* PHARM. *Ariſtolochiæ longæ* radix. Vis præcedentis.

*Clematitis.* 4. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *h. m.* 477.

Ariſtolochia clematitis recta. *mag. Bot.* 28. *hort.* 22.

* PHARM. *Aristolochiæ vulgaris* radix, præcedentis succedanea.

# *MONŒCIA*


## *TETRANDRIA.*

### BETULA.

*Masc. flores. cal.* 1-phyllus 3-fidus, 3-florus. *cor.* 4-partita.

*Arbor. inflor.* amenta subterna pedunculata... gluten in tota arbore.

1. BETULA pedunculis ramosis. *h. m.* 483. *Alnus.*
Alnus rotundifolia glutinosa viridis. *mag. Bot.* 11. *hort.* 10.
* PHARM. *Alni* folia, cortex, juli, flores fructus. Vis adstringens, resolvens, antiphlogistica, gargarismica.



# *Classis III^a.*

# DIPETALI REGULARES.

## *MONANDRIA*

** DIGYNIA.*

CORISPERMUM.
CALLITRICHE. 1.

## *DIANDRIA*

** MONOGYNIA.*

CIRCÆA.

** DIGYNIA.*

ANTHOXANTHUM.

## *MONŒCIA*

** MONANDRIA.*

CALLITRICHE. 2.. uterque sexus.

** TRIANDRIA.*

ZEA.. uterque sexus.

** TETRANDRIA.*

BUXUS. mas... (*femina tripetala.*)



# DIPETALI
## REGULARES.
## MONANDRIA
### DIGYNIA.
#### CORISPERMUM.

*Cal.* o. *ſem.* 1, orbiculatum compreſſum. *Herba. fol.* alterna. *inflor.* ſolitaria ſeſſilis.

1. CORISPERMUM foliis lanceolato-linearibus integerrimis, floribus lateralibus. *h. m.* 3. *Hyſſopifolium.*

#### CALLITRICHE.

*Cal.* o. *capſ.* 2-locularis 4-ſperma. *Herba* immerſa & emerſa. *fol. immerſa* diſtans; *emerſa* natans & veluti in roſam approximata.

1. CALLITRICHE floribus hermaphroditis. *h. m.* 4. Coriſpermum foliis oppoſitis. *Sauv.* 127. *Autumnalis.*

## DIANDRIA
### MONOGYNIA.
#### CIRCÆA.

*Cal.* 2-phyllus, ſuperus. *cor.* 2-petala obcordata. *ſem.* 1, 2-loculare hiſpidum.

*Herba. fol.* opposita petiolata. *inflor.* racemosa.

*Lutetiana.* 1. CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *h. m.* 9. *La circée.*

Circæa lutetiana. *mag. hort.* 56.

* PHARM. *Circææ herba.* Extus vis anodina, resolvens, antihæmorrhoïdalis.

OBS. HABITAT copiosissimè secus amnem *à Lamalou.*

# DIANDRIA

## DIGYNIA.

### ANTHOXANTHUM.

*Cal.* gluma, 2-valvis, 1-flora. *cor.* gluma, 2-valvis, aristata.

*Herba* (gramen) *inflor.* spicata terminalis.

*Odoratum.* 1. ANTHOXANTHUM spicâ ovato-oblongâ, flosculis subpedunculatis aristâ longioribus. *h. m.* 20.

# MONŒCIA

## MONANDRIA.

### CALLITRICHE.

*Cal. caps. caul.* & *fol.* Vide ejusdem classeos *Monand. digyniam* masc. & feminei *flores* ut suprà.

*Verna.* 1. CALLITRICHE floribus androgynis. *h. m.* 14.

Lenticula palustris bifolia fructu tetragono. *mag. Bot.* 300.

# MONŒCIA
## TRIANDRIA.

### ZEA.

Maſ. *cal.* gluma 2-flora mutica. *cor.* gluma mutica.

Fem. *cal.* & *cor.* maris. *ſtyl.* 1, filiformis pendulus. *ſem.* ſolitaria receptaculo oblongo immerſa.

*Herba* (gramen) *inflor.* maſ. panicula terminalis. fem. ſpica cylindrica infra maſculos, folio involuta.

1. ZEA. *h. m.* 481. *Le blé de Turquie.* *Mays.*
Mays acoſtæ. *mag. hort.* 132. granis cæruleis. *ibid.* & rubris. *ibid.*

# MONŒCIA
## TETRANDRIA.

### BUXUS.

Maſ. *cal.* 3-phyllus. rudimentum *germinis.*

*Subarbor. fol.* integerrima oppoſita dura. *inflor.* floſculis maſculis & femineis ſimul, glomeratis.

1. BUXUS. *h. m.* 484. *Le buis. mag. Bot.* 44. *hort.* 37. *Arboreſcens.*
* PHARM. *Buxi* lignum oleum empyreumaticum. Vis *ligni* ſudorifera mundificans. *Olei* anodina, antiepileptica, antihyſterica, datur à gutt. x ad gutt. xx.

# *Classis IV^a.*

# DIPETALI IRREGULARES.

## *TRIANDRIA.*

### * *MONOGYNIA.*

NARDUS.

### * *DIGYNIA.*

A. CALYCES UNIFLORI.

PANICUM.
PHALARIS.
PHLEUM.
MILIUM.
AGROSTIS.
DACTYLIS.
STIPA.
LAGURUS.
ARUNDO.

B. CALYCES 2-FLORI.

AIRA.
MELICA.

D. CALYCES MULTIFLORI.

POA.
BRIZA.
FESTUCA.
BROMUS.
AVENA.
*ARUNDO.* 3. 4.

E. CALYCES

E. CALYCES MULTIFLORI INSIDENTES RECEPTACULI ELONGATI DENTIBUS.

CYNOSURUS.

LOLIUM.

ELYMUS.

TRITICUM.

*HORDEUM.* 1.

## *POLYGAMIA*

### * *MONŒCIA.*

*AVENA.* 7. masc. & hermaph.

HORDEUM. masc. & hermaph.

HOLCUS. hermaph.... ( *masc. apetali* ).

ANDROPOGON.. masc. & hermaph.

CENCHRUS.. masc. & hermaph.

ÆGYLOPS.. masc. & hermaph.



# DIPETALI
# IRREGULARES.
## *TRIANDRIA*
## *MONOGYNIA.*
### NARDUS.

*Cal.* o. *ſem.* tectum. *herba* (*gramen*) *inflor.* ſpicata.

Obs. Aſſignent alii notam ſecundariam eſſentialem quâ differant inter ſe plantæ *gramina* dictæ.

*Stricta.* 1. NARDUS ſpicâ ſecundâ lineari rectâ compactâ. *h. m.* 32.

*Ariſtatus.* 2. NARDUS ſpicâ incurvâ æquali, glumâ calycinâ exteriore ariſtato-acuminatâ longiſſimâ, floribus diſtantibus alternis. *h. m.* 33.

Gramen ſparteum monſpeliacum, ſive capillaceo folio minimum. *mag. Bot.* 119. *hort.* 92.

## *TRIANDRIA*
## *DIGYNIA.*

* *Calycibus unifloris.*

### PANICUM.

*Cal.* 3-valvis: tertiâ minore dorſali.
*Herba* (gramen) *inflor.* paniculata, aut ſpicata.

## * *Floribus ſpicatis.*

1. PANICUM ſpicâ compoſitâ, ſpiculis conglomeratis ſetis immixtis, pedunculo hirſuto. *h. m.* 34. *Le panis.* *Italicum.*
   Panicum italicum, ſive panicula majore, *mag. Bot.* 197. *hort.* 152.

β. Panicum germanicum, ſive panicula minore. *mag. Bot.* 197. *hort.* 152.

2. PANICUM ſpicis alternis conjugatiſque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis. *h. m.* 34. *Crus galli.*
   Gramen paniceum ſpicâ diviſâ, ariſtis longis armatâ. *mag. Bot.* 116. *hort.* 91.

3. PANICUM ſpicis aggregatis, baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *h. m.* 35. *Sanguinale.*
   Gramen dactylon folio latiore. *mag. Bot.* 112. *hort.* 90.

4. PANICUM ſpicâ tereti, involucellis bifloris, faſciculato piloſis, ſeminibus nervoſis. *Linn. ſiſt. nat. Goüan. h. m. app.* 545. glaucum. *Viride.*
   Gramen paniceum ſpicâ ſimplici. *mag. Bot.* 116. *hort.* 91.

5. PANICUM ſpicâ verticillatâ, racemulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 82. *Verticillatum.*
   Gramen paniceum ſpicâ aſperâ. *mag. Bot.* 116.
   Panicum vulgare ſpicâ ſimplici & aſperâ. *Tour.* 515.

## ** *Paniculata.*

6. PANICUM ſpicis digitatis patentibus: baſi interiore villoſis, floribus ſolitariis, ſarmentis reptantibus. *h. m.* 35. *Dactylon.*
   Gramen legitimum Cluſii. *mag. Bot.* 111. *hort.* 90.

7. PANICUM paniculâ laxâ flaccidâ, foliorum vaginis pubeſcentibus. *h. m.* 35. *Le millet.* *Miliaceum.*
   Milium ſemine luteo & albo. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136. & nigro. *ibid.*

## PHALARIS.

*Cal.* 2-valvis : valvulis carinatis æqualibus *corollam* includentibus.

*Herba.* (gramen) *inflor.* paniculâ coarctatâ : ſpiculis (ſi in arcum flectatur) radiatis.

* PHARM. *Caryophylli* flores, syrupus, aqua. Vis cardiaca, sudorifera alexiteria. *Syrupus* ad unc. I. aut II.

*Deltoïdes.* 6. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *h. m.* 214.

Caryophyllus sylvestris vulgatissimus. *mag. Bot.* 52.

Caryophyllus sive betonica coronaria, corollâ purpureâ insignis. *mag. hort.* 46.

*Plumarius.* 7. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus. *h. m.* 214. caule debili.

Caryophyllus sylvestris flore tenuissimè dissecto. *mag. Bot.* 52. *hort.* 46.

*Monspeliacus* 8. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis longitudine tubi, corollis multifidis, caule erecto. *Linn. sist. nat.* 1029.

HABITAT cum priori, *à l'Esperou*, *à l'Aigual.* Facies dianthi plumarii; corollæ faux sæpius glabra, interdum pubescens. An satis à priori distinctus?

## *** *Caule unifloro herbaceo.*

*Arenarius.* 9. DIANTHUS caulibus subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis multifidis, petalis, foliis linearibus. *h. m.* 214.

Caryophyllus sylvestris humilis flore unico. *mag. hort.* 46.

*Virginicus.* 10. DIANTHUS caulibus subunifloris, corollis crenatis, squamis calycinis brevissimis, foliis subulatis. *Linn. sist. nat.* 1031.

Caryophillus ſylveſtris repens multiflorus. *mag. Bot.* 52.

HABITAT in deſcenſu montis *Capouladou*, & *à las Cambrettes.* Circa Monſpelium pariter collegerat *Burſerus*; in monte ventoſo vidit D. *Vicari*; & circa Narbonam D. *Solier.*. *Folia* radicalia conferta imbricata. *Cauliculi* vix palmares aut breviores; foliorum oppoſitionibus 3-4.

# *DECANDRIA*

## *TRIGYNIA.*

### CUCUBALUS.

*Cal.* inflatus. *petala* bifida unguiculata. *capſ.* 3-locularis.

*Herba*, articulata. *fol.* radicalis, à caulina diverſa, latior.

1. CUCUBALUS calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, fructu colorato, ramis divaricatis. *h. m.* 215. *Baccifer.*

Alſine ſcandens baccifera. *mag. Bot.* 15.

Solanis aliquatenus affinis. *mag. hort.* 187.

2. CUCUBALUS calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis 3-locularibus, corollis ſubnudis. *h. m.* 215. *Behen.*

Lychnis ſylveſtris quæ behen album vulgò. *mag. Bot.* 168. *hort.* 127.

β. Eadem flore incarnato, aut rubro. *mag. hort.* 127.

3. CUCUBALUS floribus ſpicatis alternis ſecundis ſubſeſſilibus, corollis obtuſis nudis. *h. m.* 215. *Reflexus.*

Lychnis ſylveſtris albâ ſpicâ reflexâ. *mag. Bot.* 171. *icon.* 170. *hort.* 126.

## SILENE.

*Cal.* ventricoſus. *petala* bifida unguiculata, coronata ad faucem. *capſ.* 3-locularis.

*Herba. fol.* oppoſita connata ſubæqualis.

### * *Floribus lateralibus ſolitariis.*

*Quinque-vulnera.* 1. SILENE petalis integerrimis ſubrotundis, fructibus erectis alternis. *h. m.* 216.
Lychnis ſylveſtris lanuginoſâ minor. *Tour. inſt.* 336. *hort. mag.* 126. *Bot.* 169.

### ** *Floribus lateralibus conſertis.*

*Nutans.* 2. SILENE petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, caule recurvato. *h. m.* 216.
Lychnis viſcoſa montana alba latifolia. *mag. Bot.* 168. *hort.* 126.

### *** *Floribus ex dichotomia caulis.*

*Conoïdæa.* 3. SILENE calycibus fructuum globoſis acuminatis, ſtriis triginta foliis glabris. *h. m.* 216.
Lychnis ſylveſtris latifolia calycibus turgidis ſtriatis. *mag. Bot.* 169. *hort.* 126.

*Behen.* 4. SILENE calycibus ovatis glabris venoſo-reticulatis, capſulis trilocularibus. *h. m.* 216.

*Muſcipula.* 5. SILENE petalis bifidis, caule dichotomo, floribus axillaribus ſeſſilibus, foliis glabris. *h. m.* 217.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra altera. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.

*Armeria.* 6. SILENE floribus faſciculatis faſtigiatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris. *h. m.* 217.
Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.

*Inaperta.* 7. SILENE caule paniculato dichotomo, calycibus lævibus, petalis breviſſimis emarginatis, foliis glabris lanceolatis. *Linn. ſp. pl.* 419.

Lychnis

Lychnis ſylveſtris minima flore muſcoſo. *mag. Bot.* 171. *hort.* 127. *Tour.* 337.

Habitat in luco Gramuntio & *à Perauls.*

8. SILENE floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 217. *Rupeſtris.*

Caryophylli minima ſpecies flore albo. *mag. Bot.* 54.

Lychnis alpina glabra pumila. *mag. hort.* 127.

9. SILENE cauliculis unifloris, pedunculis longitudine caulis. *h. m.* 217. *Saxifraga,*

Caryophyllus ſaxifragus. *mag. Bot.* 53.

Lychnis ſaxifraga perennis anguſtifolia. *mag. hort.* 127.

## STELLARIA.

*Cal.* 5-phyllus patens. *petala* 2-partita. *capſ.* 1-locularis polyſperma.

*Herba*, articulata. *fol.* incerta, ſimplex, oppoſita.

1. STELLARIA foliis cordatis petiolatis, pedunculis ramoſis. *h. m.* 218. *Nemorum.*

Alſine altiſſima nemorum. *mag. hort.* 10.

2. STELLARIA foliis ovatis ſeſſilibus, caule dichotomo, floribus ſolitariis, pedunculis fructiferis reflexis. *h. m.* 218. *Dichotoma.*

3. STELLARIA foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *h. m.* 218. *Graminea.*

Alſine pratenſis gramineo folio anguſtiore. *mag. hort.* 11.

4. STELLARIA foliis oblongis, pedunculis ſubbifloris. *Linn. ſp. pl.* 423. *Ceraſtoïdes.*

Habitat *à l'Eſperou, à l'Hort de Dieu, & à l'Aigual.*

## ARENARIA.

*Cal.* 5-phyllus patens. *petala* integra. *capſ.* 1-locularis polyſperma.

*Herba*, articulata. *fol.* oppoſita ſeſſilis baſi connata.

*Grandiflora.* 1. ARENARIA foliis ſubulatis ſtrictis, radicalibus confertis imbricatis, caulibus unifloris. *Linn. ſyſt.* 1034.

Alſine uniflora & grandiflora, foliis acuminatis, & petalis integris. *Allion. ſtirp. pedem. ſpecim.* 1°. *tab.* 10. *fig.* 1.

HABITAT *à l'Eſperou*, & *à l'Eſpinouſe* ultra *Lamalou*. Hanc ſemel tantùm anno 1761 collegi in via quâ itur ad lucum gramuntium. Vix biuncialis; oppoſitionibus foliorum ſæpius binis, aut unicâ.

*Trinervia.* 2. ARENARIA foliis ovatis acutis nervoſis ſubpetiolatis. *h. m.* 218.

Alſine plantaginis folio. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.

HABITAT frequens in deſcenſu montis *Capouladou*.

*Serpyllifolia.* 3. ARENARIA foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. *h. m.* 218.

Alſine minor multicaulis. *mag. Bot.* 13. *hort.* 11.

*Rubra.* 4. ARENARIA foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *h. m.* 218.

*Campeſtris.* α. Foliis internodio longioribus.

Alſine ſpergulæ facie minor, ſeu ſpergula minor flore ſubcæruleo. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.

*Marina.* β. Foliis internodis æqualibus.

Alſine ſpergulæ facie media. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.

OBS. Pedunculi terminales racemoſi bifidi, floſculis alternis ſecundis.

*Saxatilis.* 5. ARENARIA foliis ſubulatis, caulibus paniculatis, calycum foliolis ovatis. *h. m.* 219.

Caryophyllus ſaxatilis foliis tenuiſſimis, pulchro flore albo. *mag. Bot.* 53.

Alſine ſaxatilis laricis folio major & majori flore. *mag. hort.* 11.

Alſine ſaxatilis laricis folio minor & minori flore. *mag. hort.* 11. *icon.* 10.

*Tenuifolia.* 6. ARENARIA foliis ſubulatis, caule paniculato, pedunculis ſimplicibus, capſulis erectis, petalis calyce brevioribus. *h. m.* 219.

Alſine tenuifolia. *mag. Bot.* 13. *hort.* 11.

*Laricifolia.* 7. ARENARIA foliis ſetaceis, caule supernè nudiuſculo, calycibus ſubhirſutis. *h. m.* 219.

8. ARENARIA foliis ovatis nervosis sessilibus acutis. *Linn. sist. nat.* 1034. *Multicaulis.*

Arenaria foliis ovatis ciliatis acutis. *h. m.* 219. *Ciliata.*

9. ARENARIA foliis subulatis subtus hispidis. *Linn. sp.* 425. *Hispida.*

HABITAT *à l'Esperou.*

# DECANDRIA

## PENTAGYNIA.

### SEDUM.

*Cal.* 5-fidus. *squamæ* nectariferæ 5 ad basim germinis. *caps.* 5.

*Herba. fol.* succulenta sessilis.

#### * *Planifolia.*

1. SEDUM foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. *h. m.* 220. *L'orpin.* *Telephium.*

Telephium vulgare. *mag. Bot. app.* 305. *hort.* 192.

* PHARM. *Fabæ crassæ* seu *telephii* radix, folia. Vis refrigerans, antiphlogistica, anodina, vulneraria, excoriationi, paronychiæ, phymosi, hæmorrhoïdibus adversa. Extus usurpatur, rarissimè intus.

2. SEDUM foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *h. m.* 221. *Cepæa.*

Sedis affinis. *mag. hort.* 183.

ABUNDAT in salicetis juxta amnem *à Lamalou.*

#### ** *Teretifolia.*

3. SEDUM foliis ovatis oppositis obtusis carnosis, caule infirmo, floribus sparsis. *h. m.* 221. *Dasyphyllum.*

Sedum minus folio circinnato. *mag. Bot.* 236. *hort.* 182.

4. SEDUM foliis subulatis sparsis basi solutis, inferioribus recurvatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 618. *Reflexum.*

Sedum minus luteum folio acuto. *mag. Bot.* 235. *hort.* 182.

β. Sedum minus luteum flore se circumflectente. *mag. Bot.* 235. *hort.* 182.

*Album.* 5. SEDUM foliis oblongis obtusis teretiusculis patentibus, cymâ ramosâ. Sedum minus teretifolium album. *mag. Bot.* 236. *hort.* 182.

* PHARM. *Vermicularis* seu *crassulæ minoris* herba. Vis sempervivi.

*Acre.* 6. SEDUM foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis. *Le pain d'oiseau, ou vermiculaire brûlante.*

Sedum parvum acre flore luteo. *mag. Bot.* 236. *hort.* 182.

* PHARM. *Illecebræ minoris* seu *sedi minoris* herba. Vis vomitoria, antiscorbutica, antihydropica, antiquartanaria, cautè intus danda. Datur succus lacti mixtus intus ab unc. I. ad unc. II.. *foliorum* ad man. I. in lib. I. cerevisiæ ad medietatis consumptionem decoctorum : dosis est unc. III, quolibet mane aut alternis diebus tepidè haustæ.

*Sexangulare.* 7. SEDUM foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. *h. m.* 222.

Sedum luteum minimum non acre. *mag. Bot.* 236. *hort.* 182.

*Villosum.* 8. SEDUM caule erecto, foliis planiusculis, pedunculisque subpilosis. *Linn. sp. pl.* 432.

Sedum palustre subhirsutum purpureum. *Tour. inst.* 263.

HABITAT *à l'Esperou* juxta rivulos, observante D. Arnaud.

## OXALIS.

*Cal.* 5-phyllus. *petala* unguibus connexa. *caps.* 5-gona, angulis dehiscens.

*Herba*, radicans. *fol.* ternata. *inflor.* axillaris subumbellata.

*Corniculata.* 1. OXALIS caule ramoso diffuso, pedunculis umbelliferis. *h. m.* 222. *Le pain à coucou.*

Trifolium acetosum corniculatum. *mag. Bot.* 271.
Oxys lutea. *mag. hort.* 151.
* PHARM. *Oxalis* seu *acetosellæ* herba. Vis acetosæ hortensis.

## AGROSTEMMA.

*Cal.* tubulosus coriaceus. *petala* unguiculata : limbo obtuso indiviso. *caps.* 1-locularis.

*Herba*, articulata. *inflor.* terminalis pedunculata solitaria.

1. AGROSTEMMA hirsuta, calycibus corollam superantibus, petalis nudis integris. *h. m.* 222. *Githago.*
Lychnis segetum major. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.
OBS. Rarissimè apud nos occurrit cum floribus calyces æquantibus.

## LYCHNIS.

*Cal.* oblongus membranaceus. *petala* limbo bifido. *caps.* 3-locularis.

*Herba*, articulata. *inflor.* terminalis dichotoma.

1. LYCHNIS floribus fasciculatis fastigiatis. *h. m.* 223. *Chalcedonica.*
Lychnis hirsuta flore coccineo major. *mag. hort.* 125.
2. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *h. m.* 223. *Flos cuculi.*
Caryophyllus pratensis flore laciniato simplici. *mag. Bot.* 53.
Lychnis pratensis flore laciniato simplici. *mag. hort.* 125.

## CERASTIUM.

*Cal.* 5-phyllus. *petala* 2-fida. *caps.* 1-locularis apice dehiscens.

*Herba*, articulata. *fol.* oppoſita ſeſſilis. *inflor.* terminalis incerta.

## * *Capſulis oblongis.*

*Viſcoſum.* 1. CERASTIUM erectum, villoſo-viſcoſum. *h. m.* 223.

Alſine hirſuta altera viſcoſa. *mag. Bot.* 15. *hort.* 11.

*Arvenſe.* 2. CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. *h. m.* 224.

*Semidecandrum.* 3. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. ſp. pl.* 438.

Alſine hirſuta. *mag. Bot.* 15.

Myoſotis arvenſis hirſuta parvo flore. *Tour.* 245.

HABITAT juxta ſepes, circa urbem *à la Peiſſine*, *Lavanet*, & in arvis repens; ſtamina alterna 5 ſterilia.

## ** *Capſulis ſubrotundis.*

*Repens.* 4. CERASTIUM foliis lanceolatis, pedunculis ramoſis, capſulis ſubrotundis. *h. m.* 224.

Lychnis incana repens. *mag. hort.* 127.

*Tomentoſum.* 5. CERASTIUM foliis oblongis tomentoſis, pedunculis ramoſis, capſulis globoſis. *h. m.* 224.

β. Caryophyllus holoſteus tomentoſus anguſtifolius. *mag. Bot.* 54.

*Latifolium.* 6. CERASTIUM foliis ovatis ſubtomentoſis, ramis unifloris, capſulis globoſis. *h. m.* 224.

## SPERGULA.

*Cal.* 5-phyllus. *petala* integra. *capſ.* ovata 1-locularis 5-valvis.

*Herba*, articulata. *fol.* ſublinearis integerrima.

*Nodoſa.* 1. SPERGULA foliis oppoſitis ſubulatis lævibus, caulibus ſimplicibus. *h. m.* 225.

Alſine ſpergulæ facie minima ſeminibus nudis. *Tour. inſt.* 244.

β. Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis, ſive ſaxifraga paluſtris alſinefolia. *Tour. inſt.* 244.

2. SPERGULA foliis oppoſitis linearibus lævibus, pedunculis ſolitariis longiſſimis. *h. m.* 225. *Saginoïdes.*

3. SPERGULA foliis verticillatis, floribus decandris. *Linn. ſp. pl.* 440. *Arvenſis.*
Alſine ſpergula major. *mag. hort.* 10.
HABITAT *à l'Eſperou* in herbidis.

# *DECANDRIA*

# *DECAGYNIA.*

## PHYTOLACCA.

*Cal.* o. *petala* calyciformia. *bacc.* ſupera, 10-locularis, 10-ſperma.
*Herba. fol.* alterna integerrima. *inflor.* racemoſa oppoſitifolia.

1. PHYTOLACCA floribus decandris. *h. m.* 225. *Americana.*
Solanis annumerandum ſolanum racemoſum indicum. *mag. hort.* 187.
* PHARM. *Phytolaccæ* ſeu *ſolani racemoſi* folia. Extus vis anodina, anticarcinomatoſa.
OBS. Paſſim circa Narbonam ſponte creſcentem obſervavit D. Solier, Medicinæ ſtudioſus.

# *DODECANDRIA*

# *MONOGYNIA.*

## PORTULACA.

*Cal.* 2-fidus. *capſ.* 1-locularis circumſciſſa.
*Herba. fol.* ſeſſilis alterna ſucculenta nitens.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus, floribus ſeſſilibus. *h. m.* 227. *Le pourpier.* *Oleracea.*

Portulaca angustifolia sylvestris. *mag. Bot.* 212. *hort.* 163.

β. Portulaca latifolia sativa. *mag. hort.* 163. & flore flavo. *ibid.*

* PHARM. *Portulacæ sativæ* & *sylvestris* herba, succus, aqua, syrupus. Vis refrigerans, demulcens, antiscorbutica, anthelmintica, ischæma. *Aqua* ad unc. III, IV.. *succus* dosi eâdem.. *syrupus* ad unc. I vel II.

# *DODECANDRIA*

## *DIGYNIA.*

### AGRIMONIA.

*Cal.* 5-fidus altero obvallatus. *sem.* 2, in calyce indurato hispido.

*Herba. fol.* interruptè-pinnata. *inflor.* racemosa terminalis.

*Eupatorium.* 1. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis, fructibus hispidis. *h. m.* 229. *L'aigremoine.*

Eupatorium veterum, seu agrimonia. *mag. Bot.* 93. *hort.* 75.

* PHARM. *Agrimoniæ* radix, herba, aqua. Vis adstringens, roborans, vulneraria, antihæmorragica, antihæmaturica, anticalculosa, in obstipationibus viscerum proficua. Datur pulverata ad drach. I. recens ad usque man. I. pro qualibet liquidi libra.. *succus* ad unc. III vel IV.

# *ICOSANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

### MYRTUS.

*Cal.* 5-fidus superus. *bacc.* 3-locularis 1-sperma.

*Frutex. fol.* opposita subsecunda punctato-pellucida.

1. MYRTUS floribus solitariis, involucro diphyllo. *h. m.* 238. *Le myrte.* *Communis.*
Myrtus communis italica. *mag. hort.* 140.
β. Myrtus latifolia romana. *mag. hort.* 140.
γ. Myrtus baccis albis. *mag. hort.* 140.
δ. Myrtus minor vulgaris. *mag. hort.* 140.
* Pharm. *Myrti* folia, baccæ, syrupus, oleum infusum. Vis corroborans adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhoïca. *Syrupus* baccarum seu myrtillorum ab unc. ß. ad unc. 1., *folia*, *baccæ*, extus & intus usurpantur.

## PUNICA.

*Cal.* 5-fidus superus coloratus carnosus. *pomum* multiloculare polyspermum.
*Arbor.* ramis oppositis primò foliiferis. *fol.* sparsa integerrima.

1. PUNICA. *h. m.* 238. *Le grenadier.* *Granatum.*
Malus punica sylvestris. *mag. Bot.* 173.
β. Malus punica sativa. *mag. hort.* 130.
γ. Malus punica fructu dulci. *mag. hort.* 130.
δ. Malus fructu vinoso media inter acidam & dulcem. *mag. hort.* 130.
* Pharm. *Balaustiæ*, *malicorium*, *granatorum* semina, syrupus florum, corticis. Vis adstringens, anthelmintica, antidiarrhoïca, antileucorrhoïca, *seminum*, *syrupi*, refrigerans, subadstringens. *Balaustiorum*, & *malicorii* dosis in substantia ad usque drach. 1. in decocto ad unc. ß. *seminum* succus, syrupus ab unc. 1, ad unc. 11.

Obs. Variat calycibus 6, 7 vel 8-fidis, corollisque 6, 7 vel 8-petalis.

## AMYGDALUS.

*Cal.* 5-fidus inferus. *drupa* nucleo poris pertuso.

*Arbor.* ramis sparsis primò floriferis. *inflor.* gemma 1-flora ad latus gemmæ foliiferæ.

*Persica.* 1. AMYGDALUS foliorum serraturis omnibus acutis. *h. m.* 239. *Le pêcher.*

Persica molli carne, viridis & alba. *mag. hort.* 156.

β. Persica succo quasi sanguineo. *mag. hort.* 156.

γ. Persica molli carne fructu ex rubro & viridi variegato. *mag. hort.* 156.

δ. Persica carne durâ, albâ aut rubrâ. *mag. hort.* 156.

* PHARM. *Persicæ* folia, flores, syrupus, fructus, amygdalæ, oleum expressum. Vis laxans, deobstruens, hydragoga, anthelmintica. *Folia* ad man. I. *flores* ad pug. II. III. *syrupus* ad unc. I. *amygdalæ* & oleum succedanea amygdalarum amararum.

*Communis.* 2. AMYGDALUS foliis petiolatis, serraturis infimis glandulosis. *h. m.* 239. *L'amandier.*

Amygdalus sativa dulcis putamine duro. *mag. hort.* 13.

β. Amygdalus sativa dulcis putamine molli. *mag. hort.* 13.

γ. Amygdalus amara. *mag. hort.* 13.

* PHARM. *Amygdalæ dulces*, oleum expressum. Vis nutriens, relaxans, obtundens, antiphlogistica, antifebrilis, anodina, antitussiculosa.. *oleum expressum* ab unc. I. ad IV.. amygdalæ n°. XII pro emulsione.

* γ. *Amygdalæ amaræ* oleum expressum. Vis anodina, diuretica, carminativa, anthelmintica. *Oleum* anticophosicum, oleo dulcium subsimile.

## PRUNUS.

*Cal.* 5-fidus inferus. *drupa* nucleo integro, suturis prominulis.

*Arbor.*

OBS. 1 & 2 (*laurocerasus. Tour.*) foliis sempervirentibus perennantibus, racemis axillaribus à cæteris distinguuntur; 3 (*mahaleb*) gemmis primò corymbiferis, dein foliiferis; 4 (*armeniaca T.*) gemmis primò floriferis ad latus gemmæ foliiferæ; 5 & 6 (*cerasus & prunus*) gemmis 2-floriferis sparsis.

1. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus biglandulosis. *h. m.* 239. *Le laurier cerise.* *Laurocerasus*
Laurocerasus. *mag. hort.* 113.

2. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus eglandulosis. *h. m.* 239. *Lusitanica.*

3. PRUNUS floribus corymbosis, foliis ovatis. *h. m.* 239. *Le malagué.* *Mahaleb.*
Cerasus sylvestris amara. *mag. Bot.* 58. *hort.* 50.

4. PRUNUS floribus sessilibus, foliis subcordatis. *h. m.* 240. *L'abricotier.* *Armeniaca.*
Armeniaca fructu majore. *mag. hort.* 22.
β. Armeniaca fructu minore. *mag. hort.* 22.
γ. Armeniaca fructu majore, nucleo dulci. *mag. hort.* 22.

5. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 240. *Le cerisier.* *Cerasus.*
Cerasus sativa. *mag. Bot.* 58. *hort.* 50.
β. Cerasus sativa fructu rotundo rubro & acido. *mag. hort.* 50.
γ. Cerasus flore pleno. *mag. hort.* 50.
δ. Cerasus fructu aquoso. *mag. hort.* 50.
ε. Cerasus major ac sylvestris fructu subdulci nigro, colore inficiente. *mag. hort.* 50.
* PHARM. *Cerasorum rubrorum* fructus, gummi. Vis refrigerans, antifebrilis. Cerasorum nigrorum fructus, aqua, spiritus. Vis nervina, antispasmodica, subanodina, antiparalytica. *Aqua* ad unc. III. IV.

6. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis lanceolato-ovatis. *h. m.* 240. *Le prunier.* *Domestica.*
Prunus fructu magno dulci atrocæruleo. *mag. hort.* 165.
β. Prunus fructu rotundo dulci atropurpureo. *mag. hort.* 165.

γ. Prunus ſylveſtris major. *mag. hort.* 165.

* Pharm. *Pruni* fructus. Vis laxans, refrigerans, humectans, lubricans, eccoprotica.

*Spinoſa.* 7. PRUNUS foliis lanceolatis. *h. m.* 240. *Le prunellier.*

Prunus ſylveſtris. *mag. Bot.* 213. *hort.* 165.

* Pharm. Acaciæ noſtratis ſeu acaciæ germanicæ cortex, folia, flores, fructus, ſyrupus, ſuccus. Vis *fructuum immaturorum* & *ſucci inſpiſſati* refrigerans, ſubadſtringens, antihæmorragica, antidiarrhoïca.. *corticis* adſtringens.. *fructuum maturorum* & *florum* laxans.. ſucci inſpiſſati doſis ad drach. 1.

# *I C O S A N D R I A*

## *D I G Y N I A.*

### C R A T Æ G U S.

*Cal.* ſuperus 5-fidus. *bacc.* 2-ſperma infera.

*Arbor. inflor.* gemmæ floriferæ primordiales corymboſæ interjectis foliolis.

*Aria.* 1. CRATÆGUS foliis ovatis inæqualiter ſerratis ſubtus tomentoſis. *h. m.* 240. *Le drouiller.*

Meſpilus alni effigie lanato folio major. *mag. hort.* 135.

*Terminalis.* 2. CRATÆGUS foliis cordatis ſeptemangulis, lobis infimis divaricatis. *h. m.* 241.

Meſpilus apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſive ſorbus torminalis. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

* Pharm. *Sorbi terminalis* fructus, rob. Vis eadem ac ſorbi, antidiarrhoïca, antidyſſenterica. Doſis unc. ſſ.

*Oxyacantha.* 3. CRATÆGUS foliis obtuſis bis trifidis ſerratis. *h. m.* 241. *L'aubepin.*

Meſpilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive oxyacantha. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

* PHARM. *Oxyacanthæ, ſpinæ albæ acutæ* fructus. Vis ſubadſtringens.

4. CRATÆGUS foliis obtuſis bis trifidis ſubdentatis. *h. m.* 241. *L'azerolier.* *Azarolus.*

Meſpilus apii folio laciniato. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

# ICOSANDRIA

## TRIGYNIA.

### SORBUS.

*Cal.* ſuperus 5-fidus. *bacc.* infera triſperma.

*Arbor. fol.* impari-pinnata: foliolis baſi integerrimis.

1. SORBUS foliis utrinque glabris. *h. m.* 241. *Le ſorbier ſauvage.* *Aucuparia.*

* PHARM. *Sorbi aucupariæ* fructus. Vis ſubſequentis.

2. SORBUS foliis ſubtus tomentoſis. *h. m.* 241. *Le ſorbier.* *Domeſtica.*

Sorbus ſativa. *mag. Bot.* 245. *hort.* 188.

* PHARM. *Sorbi* fructus. Vis adſtringens, antidiarrhoïca, antidyſſenterica.

# ICOSANDRIA

## PENTAGYNIA.

### MESPILUS.

*Cal.* ſuperus 5-fidus. *bacc.* infera 5-ſperma.

*Arbor. fol.* ſimplex alterna integra. *inflor.* gemma ſolitaria 1-flora.

*Germanica.* 1. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis, calycibus acuminatis. *h. m.* 242. *Le neſflier.*

Meſpilus germanica folio laurino non ſerrato. *mag. hort.* 135.

* PHARM. *Meſpili vulgaris* baccæ. Vis adſtringens.

*Amelanchier.* 2. MESPILUS inermis, foliis ovalibus ſerratis, cauliculis hirſutis. *h. m.* 242.

Alni effigie lanato folio minor. *mag. Bot.* 12.

Meſpilus alni effigie lanato folio minor. *mag. hort.* 135.

## PYRUS.

*Cal.* ſuperus 5-fidus. *pomum* inferum 5-loculare polyſpermum.

*Arbor. fol.* ſimplex alterna integra. *inflor.* gemma primò florifera.

*Communis.* 1. PYRUS foliis ſerratis, floribus corymboſis, pomis baſi productis. *h. m.* 242. *Le poirier.*

Pyrus ſylveſtris. *mag. Bot.* 215. *hort.* 167.

β. Pyrus ſativa. *mag. hort.* 167.

*Malus.* 2. PYRUS foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus, pomis baſi concavis. *h. m.* 243. *Le pommier.*

Malus renetica. *mag. hort.* 129.

β. Malus pumila, quæ potiùs frutex quàm arbor. *mag. hort.* 129.

γ. Malus ſapido fructu ſtriis rubris picto appiola. *mag. hort.* 129.

δ. Malus pyromela. *mag. hort.* 129.

* PHARM. *Mali* fructus. Vis fructuum recentium, refrigerans, flatulenta. Putridorum ophtalmica.

*Cydonia.* 3. PYRUS foliis integerrimis, floribus ſolitariis, pomis ovatis. *h. m.* 243. *Le coignaſſier.*

Malus cotonea ſylveſtris. *mag. Bot.* 173.

Malus citonia major. *mag. hort.* 129. & minor. *ibid.*

* PHARM. *Cydoniæ* fructus, condita, ſyrupus, ſemina. Vis refrigerans, corroborans, adſtringens,

antidiarrhoïca, antidyssenteria, antemetica, ischæma.. *seminum* ophtalmica.

# *ICOSANDRIA POLYGYNIA.*

## ROSA.

*Cal.* urceolatus 5-fidus, carnosus, collo coarctatus. *sem.* plurima hispida, interiori calycis latere affixa.
*Fruticulus. fol.* alterna impari-pinnata. *fulc.* stipulæ geminæ adnatæ.

### * *Germinibus subglobosis.*

1. ROSA aculeata, foliis odoratis subtus rubiginosis. *h. m.* 245. *Eglanteria.*
Rosa sylvestris foliis odoratis. *mag. Bot.* 223.
Rosa foliis odoratis, sive eglanteria dicta. *mag. hort.* 174.

2. ROSA germinibus globosis aculeatis, pedunculis hispidis, caule aculeis sparsis, petiolis aculeatis, foliis tomentosis. *h. m.* 245. *Villosa.*
Rosa pomo spinoso, folio hirsuto. *mag. Bot.* 223.

### * *Germinibus ovatis.*

3. ROSA inermis, germinibus ovatis, pedunculis petiolisque hispidis. *Monspeliaca.*
Rosa spinis carens altera. *Clusii hist.* 115.
Rosa sine spinis flore minore. *Bauh. pin.* 482. *Tour. inst.* 638.
Rosa sine spinis colore penè fæcum vini. *Bauh. hist.* 2. 35.

HABITAT *à l'Esperou, & derriere le puy de S. Loup.*
Folia pinnata foliolis utrinque 4-7 ellipticis, duplicatò & acutè serratis, petiolatis. *Petiolus*

communis valde teres, debilis, pilis rigidis raris scaber. *Pedunculi* uniflori folio duplo breviores, pilis rigidis confertis subcapitatis hispidi. Foliola calycis longissima subulato-linearia indivisa.

OBS. Differt manifestè à rosa spinis cavente minima alpina *Burseri*; seu à rosa inermi calycis foliolis indivisis. *Haller. stirp. helvet.* pag. 19. n°. 422. quæ est (pimpinellifolia) germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis obtusis. *Linn. syst. nat.* 1062. A.

*Sempervirens.* 4. ROSA germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis. *Linn. sp. pl.* & *syst. nat.* 1062.

Rosa arvensis candida. *Bauh. pin.* 482.

Rosa sylvestris folio glabro, flore plenè albo. *Bauh. hist.* 2. 44. *mag. Bot.* 225. *Tour.* 638.

HABITAT in sepibus circa *Lacolombiere*, *le Terrail*, & in saxosis circa *Lavalette*, citra & ultra amnem. Pedunculi 2-5-flori subumbellati.

*Canina.* 5. ROSA germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *h. m.* 246. *Le kinorrodon.*

Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato. *mag. Bot.* 222. *hort.* 172.

* PHARM. *Rosarum rubrarum* flores, aqua, conserva, syrupus. Vis corroborans, adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhoïca, ophtalmica.. *flores* ad man. I.. *conserva* ad drach. I. II.. *syrupus* ab unc. ß. ad unc. I.

* *Rosarum albarum* flores, aqua. Vis analeptica, antileucorrhoïca, ophtalmica.

* *Rosarum sylvestrium* flores, succus, syrupus, aqua pallidarum, cynosbati fructus, conserva. Bedaguar.. Vis florum, succi, syrupi, aquæ, eccoprotica. Cynosbati & bedaguaris, adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhoïca. *Succus* ad unc. II. III. IV.. *syrupus* ad unc. I. II.. cynosbati fructus ad man. I. in ptisana.. conserva à drach. II ad unc. ß.

6. ROSA

6. ROSA germinibus ovatis, pedunculis caule petiolisque aculeatissimis. *h. m.* 246. *Spinosissima.*

Rosa spinosissima pumila flore rubro. *mag. Bot.* 223. *mag. hort.* 174.

β. Rosa pumila spinosissima, foliis pimpinellæ glabris, flore albo. *mag. Bot.* 223.

Rosa campestris spinosissima flore albo odoro. *mag. hort.* 174.

Obs. Rara hodie in locis à Magnolio designatis circa Gramuntium. Sed copiosè oritur in squalidis, & sepibus ad lævam [illegible] *à* [illegible] *& Lamousson. Germina* quandoque sub globosa.

7. ROSA germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 704. *h. m. Gouan.* centifolia. *Gallica.*

Rosa rubra milesia. *mag. Bot.* 222. *hort.* 173.

## RUBUS.

*Cal.* 5-fidus. *bacc.* composita acinis monospermis coalitis. *fruticulus. fol.* digitata: foliolis 3-5.

### * *Fruticosi.*

1. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *h. m.* 246. *Le framboisier.* *Idæus.*

Rubus idæus spinosus. *mag. hort.* 175.

β. Rubus idæus lævis. *mag. hort.* 175.

* Pharm. *Rubi idæi* radix, folia, summitates, baccæ, syrupus. Vis adstringens, vulneraria, gargarismica, antianginosa; *baccarum, syrupi,* ophtalmica, refrigerans, antipolydypsica.

2. RUBUS foliis ternatis nudis, caule aculeato tereti. *h. m.* 246. *Le ronce rampant.* *Cæsius.*

Rubus repens fructu cæsio. *mag. Bot.* 222. *hort.* 175.

3. RUBUS foliis quinatis, digitatis, ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *h. m.* 246. *Fruticosus.*

Rubus vulgaris, seu fructu nigro. *mag. Bot.* 226. *hort.* 175.

β. Rubus vulgaris sine spinis. *mag. hort.* 175.

γ. Rubus vulgaris flore albo. *mag. hort.* 175.

* Pharm. *Rubi* radix, folia, summitates, baccæ, syrupus. Vis superioris, seu rubi idæi.

## * *Herbacei.*

*Saxatilis.* 4. RUBUS foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *h. m.* 247. suffruticosis.

Rubus saxatilis alpinus. *mag. Bot. app.* 304. *hort.* 175.

## FRAGARIA.

*Cal.* 10-fidus: laciniis 5 alternis angustioribus. *receptaculum* seminum ovatum baccatum deciduum.

*Herba. fol.* digitato-ternata. *fulc.* stipulæ membranaceæ.

*Vesca.* 1. FRAGARIA flagellis reptans. *h. m.* 247. *La fraise.*

Fragaria vulgaris. *mag. Bot.* 99. *hort.* 80.

β. Eadem fructu albo. *mag. hort.* 80.

γ. Eadem fructu parvi pruni magnitudine. *mag. hort.* 80.

* Pharm. *Fragariæ* radix, folia, fructus, syrupus, aqua. Vis *fructuum* refrigerans, nutriens, antianginosa; *radicis* diuretica, deobstruens, antiauriginosa. *Radix* ad unc. 1.

*Sterilis.* 2. FRAGARIA caule decumbente repente. *h. m.* 247.

Fragaria sterilis. *mag. hort.* 80.

## POTENTILLA.

*Cal.* 10-fidus: laciniis 5 alternis angustio-

ribus. *sem.* mutica subrotunda, nuda; *receptaculo* parvo exsucco affixa.

*Herba. fol.* composita, *fulcra*que incerta.

Obs. Genus medium inter *rosas*, *rubos*, *fragarias*, *& agrimoniam.* species enim pinnatæ ut *rosa*, aliæ ut *rubi*, plures ut *fragaria*, aliæ etiam ut *agrimoniæ.* *Fulcra quoque in diversis diversa.*

## * *Pinnatæ.*

1. POTENTILLA foliis pinnatis serratis, caule repente. *h. m.* 248. *L'argentine.* *Anserina.*
   Pentaphylloïdes argenteum alatum, seu potentilla. *mag. hort.* 154.
   * Pharm. Anserinæ herba, succus, semina. Vis adstringens, antileucorrhoïca, antiherniosa, ischæma. *Succus* ab unc. iv ad unc. vi.
2. POTENTILLA foliis pinnatis alternis, foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. *h. m.* 248. *Rupestris.*
   Pentaphylloïdes erectum. *mag. hort.* 154.

## * *Foliis quinatis.*

3. POTENTILLA foliis digitatis, foliolis lanceolatis serratis utrinque subpilosis, caule erecto. *h. m.* 248. *Recta.*
   Pentaphyllum rectum majus. *mag. hort.* 154.
   Habitat in cacumine montium, *au Capouladou*, *las Cambrettas.*
4. POTENTILLA foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis, caule erecto. *h. m.* 248. *Argentea.*
   Quinquefolium rectum foliis profundè dissectis subtus argenteis. *mag. Bot.* 216.
   Pentaphyllum erectum foliis profundè dissectis subtus argenteis, flore luteo. *mag. hort.* 154.
5. POTENTILLA foliis septenis, quinatisque cuneiformibus incisis pilosis, caule adscendente. *h. m.* 249. *Hirta.*
   Quinquefolium montanum rectum luteum. *mag. Bot.* 216. hirsutum.

Pentaphyllum montanum erectum. *mag. hort.* 154.

Obs. Non solùm in locis in horto monspeliensi designatis, sed etiam abundè crescit in luco ultra pagum *Perauls*, ubi *Gentiana pumila*.

*Alba.* 6. POTENTILLA foliis digitatis apice conniventi-serratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *h. m.* 249.

*Reptans.* 7. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. *h. m.* 249. *La quintefeuille.*

Quinquefolium majus repens luteum. *mag. Bot.* 215.

Pentaphyllum, sive quinquefolium vulgare repens. *mag. hort.* 155.

* Pharm. *Quinquefolii* radix, herba. Vis vulneraria, adstringens, antidyssenterica. *Radix* ad unc. 1.

*Caulescens.* 8. POTENTILLA foliis quinatis apice conniventi-serratis, caulibus multifloris erectis, receptaculis hirsutis. *Linn. cent.* 2ª. *pag.* 155. *amæn. Acad. tom.* 4. *pag.* 316. *sist. nat.* 1064.

β. Quinquefolium album majus alterum. *Bauh. pin.* 325. *prodr.* 139.

γ. Quinquefolium album majus. *Bauh. prodr.* 139. *pin.* 325.

Habitat *à l'Esperou.* Facies potentillæ albæ, & cum ipsa facilè confunditur.

*Verna.* 9. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis acutè serratis retusis, caulinis ternatis, caule declinato. *Linn. sist. nat. sp. pl. edit.* 2ª. 712.

Quinquefolium minus repens luteum. *mag. Bot.* 215.

β. Pentaphyllum minus molli lanugine pubescens. *mag. hort.* 155.

Pentaphyllum minus repens lanuginosum luteum. *Bauh. pin.*

Habitat ad lævam in pratorum marginibus, *à Selleneuve*, & ultra pontem ad dexteram; nec non in pratulis *à l'Esperou*; secus amnem *au Capouladou.*

## GEUM.

*Cal.* 10-fidus : laciniis 5 alternis anguſtioribus. *ſem.* plura, ariſtâ villoſâ geniculatâ.

*Herba. fol.* pinnato-lyrata. *fulcr.* ſtipulæ liberæ.

1. GEUM floribus erectis, fructu globoſo, ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis. *h. m.* 250. *La benoite.* *Urbanum.*

Caryophyllata vulgaris. *mag. Bot.* 52. *hort.* 45.

* PHARM. *Caryophyllatæ* radix, herba. Vis plantæ *recentis* ſudorifera, epicarpica, anticatarrhalis, antivarioloſa; *exſiccatæ* adſtringens, antidyſenterica, antidiarrhoïca, iſchæma. *Radix recens* ad unc. I. *exſiccata* ad drach. I. II. *folia* ad man. I. *ſuccus* ad unc. III.

2. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo, ariſtis plumoſis. *h. m.* 250. *Rivale.*

Caryophyllata aquatica nutante flore. *mag. hort.* 45.

Frequens occurrit *à l'Eſperou*, *à la barraque de Michel.*

3. GEUM flore erecto ſolitario, fructu oblongo, ariſtis plumoſis. *h. m.* 250. *Montanum.*

Caryophyllata alpina lutea. *mag. Bot.* 52. *hort.* 45.

Copioſè creſcit circa *Meurviel.*

## SPIRÆA.

*Cal.* 5-fidus. *capſ.* plures congeſtæ polyſpermæ.

*Herba. fol.* interruptè pinnata. *inflor.* terminalis cymoſa.

1. SPIRÆA foliolis uniformibus ſerratis. *h. m.* 245. *La filipendule.* *Filipendula.*

Filipendula vulgaris. *mag. Bot.* 97. *hort.* 78.

β. Filipendula minor. *mag. Bot.* 98. *hort.* 78.

* Pharm. Filipendulæ radix, herba. Vis vulneraria, adſtringens, antileucorrhoïca, antidyſenterica, antiherniosa. *Radix pulverata* ad drach. I.

*Ulmaria.* 2. SPIRÆA foliolo impari majore lobato, floribus cymoſis. *h. m.* 245. *La Reine des prés.*

Ulmaria. *mag. hort. monſ.* 206.

* Pharm. *Ulmariæ* radix, herba, aqua, extractum. Vis adſtringens, antidyſenterica, antiherniosa, ſudorifera.. *radix* ad unc. I.. *aqua* ab unc. IV ad VI.. *extractum* ad drach. I.

# POLYANDRIA

## MONOGYNIA.

### CISTUS.

*Cal.* 5-phyllus: foliolis 2 alternis minoribus. *capſ.* 1-5-10-locularis.

*Frutex*, & *herba. fol. inflor.* & *fulcr.* incerta.

* Exſtipulatæ *fruticoſæ.*

*Laurifolia.* 1. CISTUS arboreſcens, foliis ovatis petiolatis trinerviis ſuprà glabris: petiolis baſi connatis. *h. m.* 254.

Ciſtus ledon foliis laurinis. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.

*Ladanifera.* 2. CISTUS arboreſcens, foliis lanceolatis ſuprà lævibus, petiolis baſi coalitis vaginantibus. *h. m.* 255.

Ciſtus ladanifera hiſpanica incana. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.

* Pharm. *Ladani* gummi. Vis intus corroborans, ſtomachica, paregorica, anticatarrhalis, adſtringens, antidyſenterica. Extus reſolvens, antiulceroſa. Datur intus ad drach. I.

3. CISTUS arborescens, foliis lanceolatis sessilibus utrinque villosis trinerviis, alis nudis. *h. m.* 255. *Monspeliensis*

Cistus ladanifera Monspeliensium. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.

4. CISTUS arborescens, caule foliisque oblongis tomentosis incanis sessilibus suprà aveniis, alis nudis. *h. m.* 255. *Albida.*

Cistus mas quartus monspeliensis folio oblongo albido. *mag. Bot.* 66. *hort.* 57.

5. CISTUS arborescens, foliis ovatis petiolatis utrinque hirsutis, alis nudis. *h. m.* 255. *Salvifolia.*

Cistus femina monspeliaca flore albo. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.

6. CISTUS arborescens, foliis lanceolatis repandis hirsutis, alis nudis. *h. m.* 255. *Crispa.*

Cistus mas supinus undulatis & fimbriatis foliis. *mag. Bot.* 66. *hort.* 57.

### * Exstipulatæ *suffruticosæ.*

7. CISTUS suffruticosus, procumbens exstipulatus, foliis linearibus sparsis, pedunculis unifloris. *h. m.* 255. *Fumana.*

Cistus humilis, sive chamæcistus ericæ folio luteus humilior. *mag. Bot.* 69. *hort.* 58.

8. CISTUS suffruticosus adscendens exstipulatus, foliis alternis linearibus glabris, pedunculis ramosis. *h. m.* 546. *Lævipes.*

Cistus humilis, sive chamæcistus ericæ folio luteus erectior. *mag. Bot.* 69. *hort.* 58.

9. CISTUS suffruticosus exstipulatus procumbens, foliis oppositis villosis subtus tomentosis. *h. m.* 256. *Canus.*

Cistus humilis, sive chamæcistus foliis myrti minoris incanis. *mag. Bot.* 59. *hort.* 58.

10. CISTUS suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis oppositis oblongis utrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. *Linn. sist. nat.* 1078. *Oelandicus.*

Helianthemum serpyllifolio, flore minore aureo odorato. *Tour.*

Helianthemum flore parvo luteo. *Bauh. hist.* 2. 17.

Ciſtus humilis, ſive chamæciſtus ſerpyllifolio nigricante & hirſuto, flore aureo odorato. *mag. Bot.* 68.

HABITAT *à Grabels, au mont S. Loup, au Capouladou, à Montferrier. Radix* craſſa, cauliculi palmares teretes diffuſi, rubentes, pubeſcentes, ſupernè nudiuſculi. Folia infernè pilis rariſſimis tecta, ciliata : ſuperiora anguſtiora. Pedunculi 4-6-flori, floſculis alternis, pedicellatis, ſubcorymboſis. Calyces minimi pilis albidis confertis hiſpidi.

### *** Exſtipulatæ *herbaceæ.*

*Tuberaria.* 11. CISTUS exſtipulatus perennis, foliis radicalibus ovatis trinerviis tomentoſis : caulinis glabris lanceolatis : ſummis alternis. *h. m.* 256.

Ciſtus folio plantaginis major. *mag. Bot. app.* 293. *hort.* 57.

*Guttatus.* 12. CISTUS herbaceus exſtipulatus, foliis oppoſitis trinerviis, racemis ebracteatis. *h. m.* 256.

Ciſtus plantaginis folio, minor. *mag. Bot.* 69. *hort.* 57.

### **** Stipulatæ *herbaceæ.*

*Ledifolius.* 13. CISTUS herbaceus erectus glaber ſtipulatus, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, folio ternato oppoſitis. *h. m.* 256.

Ciſtus annuus foliis ledi. *mag. Bot.* 70. flore luteo. *mag. hort.* 58.

### ***** Stipulatæ *ſuffruticoſæ.*

*Nummularius.* 14. CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis inferioribus orbiculatis, ſuperioribus ovatis. *h. m.* 256

Ciſtus humilis, vel chamæciſtus nummulariæ folio luteus. *mag. Bot.* 294. *hort.* 58.

*Serpyllifolius* 15. CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis oblongis, calycibus lævibus. *h. m.* 256.

Ciſtus humilis, vel chamæciſtus repens ſerpyllifolio luteus. *mag. Bot. app.* 293.

16. CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus procumbens, foliis ovalibus linearibus oppoſitis congeſtis. *h. m.* 257. *Thymifolius.*

Ciſtus humilis, ſive chamæciſtus folio thymi incano. *mag. Bot.* 68.

Ciſtus humilis, ſive helianthemum folio thymi incano. *mag. hort.* 59.

17. CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis linearibus ſubtus biſulcatis incanis, calycibus lævibus. *h. m.* 257. *Pilosus.*

Ciſtus humilis, ſive helianthemum folio ſampſuci, capitulis valde hirſutis. *mag. Bot.* 68. *hort.* 58.

β. Ciſtus humilis, ſive helianthemum flore albo, folio anguſto hirſuto. *mag. Bot.* 68. *hort.* 58.

18. CISTUS ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *h. m.* 257. *Helianthemum.*

Ciſtus humilis, ſive chamæciſtus flore luteo vulgaris. *mag. Bot.* 67. *hort.* 58.

* PHARM. *Helianthemi* herba. Vis adſtringens, vulneraria, antidiarrhoïca, ſymphyto analoga.

19. CISTUS ſuffruticoſus ſtipulatus, foliis ovatis, calycibus hiſpidis. *h. m.* 257. *Hirtus.*

Ciſtus humilis foliis minoribus & incanis. *mag. Bot.* 68. *hort.* 58.

## TILIA.

*Cal.* 5-partitus deciduus. *bacc.* ſicca globoſa, 2-locularis, 5-locularis, 5-valvis, baſi dehiſcens.

*Arbor.* gemmæ primò foliiferæ. *fulcr.* ſtipula lanceolata membranacea è cujus medio pedunculus racemiferus.

1. TILIA floribus nectario deſtitutis. *h. m.* 254. *Le tilleul.* *Europæa.*

Tilia vulgaris platyphyllos. *mag. Bot.* 254.

Tilia fœmina folio majore. *mag. hort.* 196.

β. Tilia fœmina folio minore. *mag. hort.* 196.

* Pharm. *Tiliæ* flores, aqua, conserva. Vis anodina, cephalica, antiepileptica, antivertiginosa, antihysterica, extus antitenesmodæa. *Flores* ad pug. I, infusi in aquæ bullientis cyathis duobus.. *aqua* ab unc. IV ad unc. VI.. *conserva* ab unc. ſſ. ad unc. I.

# *POLYANDRIA*

## *DIGYNIA.*

### PÆONIA.

*Cal.* 5-phyllus. *styli* 0. *caps.* polyspermæ, *sem.* colorata.

*Herba. rad.* tuberosa fasciculata. *fol.* 2-ternata : foliolis obliquè lobatis.

*Officinalis.* I. PÆONIA. *h. m.* 258. *La pivoine.*

Pæonia communis vel fœmina. *mag. Bot.* 197.

Pæonia folio nigricante splendido quæ mas. *mag. hort.* 151.

β. Pæonia flore rubro pleno majore. *mag. hort.* 152.

γ. Pæonia flore rubro aut albo pleno minore. *mag. hort.* 152.

* Pharm. *Pæoniæ maris* radix, flores, syrupus, conserva, aqua. Vis subastringens, anodyna, emmenagoga, antispasmodica †, antiepileptica †, antihysterica †, antiparalytica †. *Radix sicca* in substantia à drach. I. ad drach. II; *recens* ad usque unc. I, in jusculo aut ptisana.. *conserva* ab unc. ſſ. ad unc. I.. *aqua* ab unc. IV. ad unc. VI.. *syrupus* ab unc. ſſ. ad unc. II.

* *Pæoniæ fœminæ* radix, flores, conserva, syrupus, aqua. Vis pæoniæ maris, sed debilior.

Habitat in sylvulis circa montem, *au Puy de St. Loup, au Capouladou.*

# POLYANDRIA PENTAGYNIA.

## AQUILEGIA.

*Cal.* o. *nectaria* 5 infernè cornuta, inter petala. *capſ.* 5 diſtinctæ.

*Herba. fol.* ternata, 2-ternata. *inflor.* ſubcorymboſa.

1. AQUILEGIA nectariis incurvis. *h. m.* 260. *L'ancolie.* *Vulgaris.*
Aquilegia ſylveſtris. *mag. Bot.* 25.
Aquilegia flore ſimplici. *mag. hort.* 21.
β. Aquilegia hortenſis multiplex, flore albo; carneo; rubente; mixto. *mag. hort.* 21.
* PHARM. *Aquilegiæ* radix, herba, flores, ſemina. Vis aperiens, emmenagoga, diuretica, ſudorifica, antiſcorbutica, antiauriginoſa, antidyſtocica, cautè uſurpanda. *Radix pulverata* ad drach. 1.. *ſemina* in ſubſtantia ad drach. 1.. in infuſo ad drach. 11.

2. AQUILEGIA caule ſubnudo ſubunifloro, foliis ternatis, foliolis ſubtrilobis petiolatis. *Viſcoſa.*
Aquilegia viſcoſa. *mag. Bot.* 24. *hort.* 21.
Aquilegia hirſuta flore viſcoſo. *Tour. inſt.* 428.
HABITAT circa *Meyrueis*, & *au Vigan.* Altitudo ſeſquipalmaris. Folia radicalia ternata: foliolis petiolatis, ad baſim uſque 3-partitis, laciniis trilobis. Folia caulina (rarò duo) ternata, foliolis lanceolatis integerrimis: intermedio majore longiùs petiolato. Variat quandoque medicaulis & uniflora.. tota planta *pilis* glutinoſis veſtita.

## NIGELLA.

*Cal.* o. *nectaria*, 5, trifida intra corollam. *capſ.* 5, connexæ.

*Herba. fol.* pinnato-multifida : foliolis ſublinearibus.

*Damaſcena.* 1. NIGELLA foliolis involucro folioſo cinctis. *h. m.* 260. *La nielle.*

Nigella arvenſis cornuta. *mag. Bot.* 187. *hort.* 143.

* PHARM. *Nigellæ ſylveſtris* ſemina, oleum. Vis aperiens, emmenagoga, diuretica, apophlegmatizans, expectorans, anticatarrhalis, anticoryzalis. *Semina* torrefacta & probè exſiccata, ad drach. 1.

*Arvenſis.* 2. NIGELLA piſtillis quinis, petalis integris turbinatis. *h. m.* 260.

Nigella arvenſis cornuta. *Bauh. pin.* 145.

# *POLYANDRIA POLYGYNIA.*

## RANUNCULUS.

*Cal.* 3-ſeu 5-phyllus. *petala* intra ungues, poro mellifero nudo, in aliis *margine cylindraceo* cincto, in pluribus *ſquamulâ* clauſo.

*Herba. fol.* incerta. *inflor.* pedunculis ſolitariis ſparſis.

### * *Foliis ſimplicibus.*

*Flammula.* 1. RANUNCULUS foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *h. m.* 264.

Ranunculus longifolius paluſtris minor. *mag. Bot.* 218. *hort.* 169.

β. Ranunculus paluſtris folio ſerrato. *Tour. inſt.* 292.

2. RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *h. m.* 265. *Lingua.*

Ranunculus longifolius paluſtris major. *mag. hort.* 169.

3. RANUNCULUS foliis ovatis acuminatis amplexicaulibus, caule ſubunifloro, radice faſciculatâ. *h. m.* 265. *Amplexicaulis.*

Ranunculus montanus folio plantaginis. *mag. Bot. app.* 304.

β. Ranunculus montanus gramineo folio. *mag. Bot.* 218. *hort.* 169.

4. RANUNCULUS foliis cordatis angulatis petiolatis, calycibus 3-phyllis. *h. m.* 265. *Ficaria.*

Chelidonia rotundifolia major. *mag. Bot.* 62.

Ranunculus latifolius. *mag. hort.* 169.

β. Chelidonia rotundifolia minor. *mag. Bot.* 62.

Ranunculus rotundifolius minor. *mag. hort.* 169.

* PHARM. *Chelidonii minoris* radix, herba. Vis coſmetica, antihæmorrhoïdalis.

## ** *Foliis diſſectis & diviſis.*

5. RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *h. m.* 265. *Auricomus.*

HABITAT *à l'Eſperou.* Folia caulina digitato-tripartita, rariùs quinquepartita. Laciniæ longiuſculæ anguſtiſſimæ.

6. RANUNCULUS foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis, fructibus oblongis. *h. m.* 265. *Sceleratus.*

Ranunculus paluſtris apii folio lævis. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

β. Ranunculus rectus foliis pallidioribus. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

7. RANUNCULUS foliis ternatis integerrimis lanceolatis. *h. m.* 265. *Illyricus.*

Ranunculus lanuginoſus anguſtifolius, grumosâ radice, major. *mag. Bot.* 218. *hort.* 170.

8. RANUNCULUS foliis omnibus quinatis, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. *Linn. ſp. pl.* 551. *Aconitifolius.*

Ranunculus alpinus flore albo. *Bauh. hist.* 3. *app.* 859.

Ranunculus montanus aconiti folio albus, flore majore. *Bauh. pin.* 182. *Tour.* 290.

β. Ranunculus alpinus simplici flore. *Bauh. hist.* 3. *app.* 859.

Ranunculus montanus aconiti folio albus, flore minore. *Bauh. pin.* 182. *Tour.* 290.

γ. Ranunculus albus flore denso. *Bauh. hist.* 3. *app.* 869.

Ranunculus montanus folio aconiti, flore albo multiplici. *Bauh. pin.* 182. *Tour.* 290.

HABITAT *à l'Esperou.* Hanc debemus pulchram speciem DD. *Arnaud* & *Clapiers*, studiosis Medicinæ, indefessis Botanicis.

*Monspeliacus* 9. RANUNCULUS foliis tripartitis crenatis, caule simplici villoso subnudo unifloro. *h. m.* 266.

Ranunculus saxatilis magno flore. *mag. Bot.* 217.

*Parviflorus.* 10. RANUNCULUS foliis radicalibus & caulinis inferioribus trilobis crenatis, summis trifidis dentatis, caule bifloro erecto.

Ranunculus arvensis parvus folio trifido. *Bauh. pin.* 179. *mag. Bot.* 217. *Tour.* 289.

Ranunculus saxatilis minimus hirsutus. *Bauh. prodr.* 96.

Ranunculus minimus apulus. *Columm. ecph.* 314. *icon.* 316. optima.

HABITAT *à Gramont* & in luco ultra *Perauls. Radix* fibrosa tenuissima. *Caulis* 3-4-uncialis debilis hirsutus rectus. *Folia* omnia vix digiti indicis unguem lata; inferiora petiolo unciali tenuissimo instructa; *caulina* summa profundiùs tripartita, magisque dentata. *Flores* duo terminales parvi, quorum alter ex axilla folii caulini summi, & petiolo breviori adnectitur, alter terminalis & longiùs pedunculatus. *Calyces* villosi petalis duplo minores.

Variat caule unifolio unifloro, foliisque radicalibus subcordatis duplicato crenatis, nec lobatis, & folio caulino lanceolato lineari integerrimo.

*Bulbosus.* 11. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis. *h. m.* 266.

Ranunculus bulbosus. *mag. Bot.* 216.
Ranunculus pratensis radice verticilli modo rotundâ. *mag. hort.* 167.
β. Ranunculus bulbosus flore pleno. *mag. hort.* 168.

12. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis sulcatis, stolonibus repentibus, foliis compositis. *h. m.* 266. *Repens.*
Ranunculus pratensis repens hirsutus. *mag. Bot.* 216. *hort.*
β. Ranunculus pratensis repens hirsutus, maculatus & non maculatus. *mag. hort.* 168.
γ. Ranunculus saxatilis foliis subrotundis. *mag. Bot.* 217. *Bauh. prodr.* 96.

13. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus. *h. m.* 266. *Acris.*
Ranunculus pratensis erectus acris. *mag. Bot.* 216. *hort.* 167. & maculatus. *Tour.* 289.

14. RANUNCULUS foliis tripartitis acutè sinuatis tomentosis. *h. m.* 266. *Lanuginosus.*
Ranunculus magnus valde hirsutus. *mag. Bot.* 216. *hort.* 168.
β. Ranunculus villosissimus monspeliacus. *Bauh. prod.* 96. *mag. Bot.* 169.

15. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis. *h. m.* 266. *Chærophyllos*
Ranunculus chærophyllos asphodeli radice. *mag. Bot.* 218 *hort.* 170.
Obs. Variat folio uno radicali lanceolato integerrimo, aut subcordato; caule nudo, aut unifolio, folio lineari.

16. RANUNCULUS seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. *h. m.* 267. *Arvensis.*
Ranunculus arvensis echinatus. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

17. RANUNCULUS seminibus aculeatis, foliis simplicibus palmatis incisis. *h. m.* 267. *Muricatus.*
Ranunculus palustris echinatus. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

18. RANUNCULUS foliis filiformi ramosis, calycibus appendiculatis. *h. m.* 267. *Falcatus.*

Ranunculus coronopifolius capite alopecuri, ceratophyllos seminibus falcatis in spicam adactis. *mag. Bot.* 218. *hort.* 178.

*Aquatilis.* 19. RANUNCULUS foliis submersis capillaceis, emersis peltatis. *h. m.* 267.

Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo. *mag. Bot.* 219. *hort.* 178.

β. Millefolium aquaticum foliis abrotani, ranunculi flore & capitulo. *mag. Bot.* 177.

Ranunculus aquaticus albus fluitans peucedani foliis. *mag. hort.* 178.

γ. Millefolium marathriphyllon fluitans ranunculo, sive polyanthemo aquatili albo affine. *mag. Bot.* 178.

Ranunculus aquaticus omnino tenuifolius. *mag. hort.* 169.

## HELLEBORUS.

*Cal.* o. *cor.* persistens. *nectaria* tubulata inter petala. *caps.* polyspermæ erectiusculæ.

*Herba. fol.* pedata petiolata.

*Viridis.* 1. HELLEBORUS caule folioso multifloro. *h. m.* 547. *L'hellébore verd.*

Helleborus niger hortensis flore viridi. *mag. hort.* 96.

Habitat *à l'Esperou.* Folia alia pedata, alia digitata.

*Fœtidus.* 2. HELLEBORUS caule folioso multifloro, foliis pedatis. *h. m.* 547. *L'hellébore puant.*

Helleborus niger fœtidus. *mag. Bot.* 126. *hort.* 96.

## CALTHA.

*Cal.* o. *nectaria.* o. *caps.* polyspermæ.

*Herba. fol.* radicalis petiolata, caulina amplexicaulis.

*Populago.* 1. CALTHA. *h. m.* 547. *Le souci d'eau.*

Caltha palustris flore simplici. *mag. hort.* 38.

*MONADELPHIA.*

# MONADELPHIA PENTANDRIA.

## GERANIUM.

*Cal. ſtyl. capſ. caul. fulc.* Vide infrà Monadelph. decandriam.

1. GERANIUM pedunculis axillaribus multifloris, foliis oppoſitis pinnatis inciſis obtuſis, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. *h. m.* 341. *Cicutarium.*
Geranium cicutæ folio minus & ſupinum. *mag. Bot.* 109. *hort.* 85.
β. Geranium cicutæ folio inodorum album. *Tour.* 269. *mag. hort.* 85.
γ. Geranium petræum cicutæ folio, radice craſsâ, fœtidum. *mag. Bot.* 109. *icon.* 108. *hort.* 86..... folia ſæpius duplicato & interruptè pinnata.
## *** *Corollis : radio patente, foliis indiviſis.*

*Doria.* 7. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis. Virga aurea major vel doria. *mag. Bot.* 279.

Jacobæa pratenſis altiſſima limonii folio. *mag. hort.* 104.

*Nemorenſis.* 8. SENECIO corollis radiantibus octonis, foliis lanceolatis biſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo. *h. m.* 441.

*Sarracenicus.* 9. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. *h. m.* 441.

Virga aurea anguſtifolia ſerrata. *mag. hort.* 205.

*Doronicum.* 10. SENECIO corollis radiantibus, caule indiviſo unifloro, foliis integris, radicalibus ovatis ſubtus villoſis. *h. m.* 441.

(Incanum) foliis lanceolatis ſubdentatis utrinque tomentoſis.

Doronicum helveticum incanum. *Bauh. pin.* 185. *prodr.* 97.

(Doronicum) foliis glabris, radicalibus ſubtus tomentoſis. *Gerard. gallop. ic. pag.* 196.

Doronicum integro & craſſo hieracii folio. *mag. Bot.* 295. *hort.* 70.

## ASTER.

*Cal.* imbricatus : ſquamis inferioribus patulis. *cor.* radii plures 10. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

*Herba. fol.* alterna simplex. *inflor.* terminalis, incerta.

* *Integrifolii, pedunculis nudis.*

1. ASTER foliis lanceolatis hirtis, radicalibus obtusis, caule simplicissimo unifloro. *h. m.* 442. *Alpinus.*
2. ASTER foliis lanceolatis integerrimis carnosis glabris, ramis inæquatis, floribus corymbosis. *h. m.* 442. *Tripolium.*

   Aster maritimus cæruleus palustris salicis folio. *mag. hort.*

   Tripolium majus. *mag. Bot.* 271.

β. Tripolium minus. *mag. Bot.* 271.

3. ASTER foliis lanceolatis obtusis scabris trinerviis integris, pedunculis nudiusculis corymbosis, squamis calycinis obtusis. *h. m.* 442. *Amellus.*

   Aster atticus cæruleus vulgaris. *mag. hort.* 24.

** *Integrifolii, pedunculis squamosis.*

4. ASTER foliis lanceolato-linearibus subcarnosis integerrimis planis, floribus corymbosis fastigiatis, pedunculis foliolosis. *h. m.* 442. *Sedifolius.*

   Aster atticus monspeliensis purpureus, angustioribus foliis. *mag. Bot.* 32.

   Aster tripolii flore. *mag. hort.* 24.

   Aster acris. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. *pag.* 1228.

## SOLIDAGO.

*Cal.* imbricatus: squamis clausis. *cor.* radii circiter, 5.. *recept.* nudum. *pappus* simplex.

*Herba. fol.* simplex alterna. *inflor.* subracemosa.

1. SOLIDAGO caule subflexuoso angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *h. m.* 444. *La verge d'or.* *Virga aurea.*

Virga aurea latifolia vulgaris. *mag. Bot.* 279. *hort.* 205.

β. Virga aurea latifolia serrata. *mag. hort.* 205.

* PHARM. *Virgæ aureæ majoris* herba, flores, aqua. Vis vulneraria diuretica, anticalculosa, deobstruens, antihydropica, antiulcerosa. *Flores & folia* ad pug. I. in aquæ cyathis II.. *aqua* ab unc. IV. ad unc. VI.

*Montana.* 2. SOLIDAGO foliis lanceolatis serratis decurrentibus, caule angulato. *h. m.* 444.

*Alpina.* 3. SOLIDAGO foliis cordatis petiolatis dentatis. *h. m.* 444.

Jacobæa tertia latifolia, prima Clusii. *mag. Bot.* 139. *hort.* 104.

## INULA.

*Recept.* nudum. *pappus* simplex. *antheræ* basi in setas duas desinentes.

*Herba. fol.* simplex, incerta. *inflor.* terminalis solitaria.

*Oculus Christi.* 1. INULA foliis oblongis integris hirsutis, caule corymboso piloso, floribus confertis. *h. m.* 444.

After pannonicus lanuginosus luteus. *mag. hort.* 26.

*Dysenterica.* 2. INULA foliis oblongis, caule hirsuto paniculato, squamis calycinis setaceis. *h. m.* 445.

Conyza media asteris flore luteo. *mag. Bot.* 77.

After pratensis autumnalis, conyzæ folio. *mag. hort.* 26.

*Pulicaria.* 3. INULA foliis undulatis amplexicaulibus, caule prostrato. *h. m.* 445. erectoque.

After palustris parvo flore globoso. *mag. hort.* 26.

Conyza minima. *mag. Bot.* 77.

*Salicina.* 4. INULA foliis lanceolatis recurvis serrato-ciliatis, floribus solitariis, ramis angulatis. *h. m.* 445.

After montanus luteus salicis glabro folio. *mag. Bot.* 32. *hort.* 25.

*Chritmoïdes.* 5. INULA foliis linearibus carnosis tricuspidatis, integrisque. *h. m.* 445.

Chritmum maritimum flore afteris attici. *mag. Bot.* 80.

After maritimus folio tereti craffo tridentato. *mag. hort.* 26.

6. INULA foliis lanceolatis villofis integerrimis, caule unifloro. *h. m.* 445. *Montana.*

After atticus luteus montanus villofus, flore magno. *mag. Bot.* 32. *hort.* 25.

HABITAT frequens in pinetis *à Montferrier*, tefte *D. Clapiers.*

## ARNICA.

*Corollulæ* radii filamentis 5 abfque antheris. *recept.* nudum. *pappus* fimplex.

*Herba. rad.* fubtuberofa, ftolonifera. *inflor.* folitaria terminalis.

1. ARNICA foliis ovatis integris, caulinis geminis oppofitis. *h. m.* 446. *La betoine de montagne.* *Montana.*

Doronicum plantaginis folio alterum. *mag. hort.* 70.

* PHARM. *Arnicæ* herba, flores. Vis refolvens, narcotica, errhina, vomitoria, antiechymomatofa, antiepileptica.

2. ARNICA foliis alternis ferratis. *h. m.* 446. *Scorpioïdes.*

β. Doronicum radice dulci. *mag. hort.* 70.

## DORONICUM.

*Calycis* fquamæ duplicis ordinis æqualis, difco longiores. *fem.* radii pappo deftituta. *recept.* nudum. *pappus* fimplex.

*Herba. rad.* fubtuberofa ftolonifera. *inflor.* terminalis, incerta.

1. DORONICUM foliis cordatis obtufis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. *h. m.* 446. *Le doronic.* *Pardalianches.*

Doronicum maximum foliis caulem amplexantibus. *mag. hort.* 70.

β. Doronicum radice scorpii. *mag. hort.* 70.

* PHARM. *Doronici* radix. Vis *arnicæ*, antivertiginosa, anticolicalis, cautè usurpanda.

*Plantagineum.* 2. DORONICUM foliis ovatis acutis subdentatis, ramis alternis. *h. m.* 446.

Doronicum folio ferè plantaginis oblongo. *Bauh. hist.* 3. *pag.* 18.

*Bellidiastrum.* 3. DORONICUM caule nudo simplicissimo unifloro. *h. m.* 447.

Bellis sylvestris media caule carens. *mag. Bot.* 37. *hort.* 31.

## BELLIS.

*Cal.* hemisphæricus: squamis æqualibus. *sem.* subovata. *recept.* nudum conicum. *pappus* nullus.

*Herba. rad.* fibrosa. *inflor.* terminalis longè pedunculata. *fol.* simplex.

*Perennis.* 1. BELLIS scapo nudo simplicissimo unifloro, foliis spathulatis. *h. m.* 447. *La paquerette.*

Bellis sylvestris minor. *mag. Bot.* 37. *hort.* 31.

* PHARM. *Bellidis minoris* flores, herba, succus. Vis vulneraria, eccoprotica, resolvens.. *succus* ad unc. IV.. *flores* & *folia* ad man. I. in aquæ lib. II, aut in jusculo.

*Annua.* 2. BELLIS caule subsimplici subquadrifloro, foliis obovatis denticulatis. *h. m.* 447.

Bellis minima annua. *Tour.* 491.

## TAGETES.

*Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus tubulosus. *flosculi* radii 5 persistentes. *recept.* nudum. *pappus* aristis 5 erectis.

*Herba. fol.* impari-pinnata: foliolis, laciniisque setulâ terminatis.

*Patula.* 1. TAGETES caule subdiviso diffuso. *h. m.* 447. *L'œillet d'Inde.*

Tagetes indicus minor flore ſimplici. *mag. hort.* 191.

β. Tagetes indicus minor flore multiplicato. *mag. hort.* 191.

2. TAGETES caule erecto ſubſimplici. *h. m.* 448. *L'œillet d'Inde à grandes fleurs.* *Erecta.*

Tagetes indicus rectus maximus flore ſimplici. *mag. hort.* 191.

β. Tagetes indicus rectus flore maximo multiplicato. *mag. hort.* 191.

## CHRYSANTHEMUM.

*Cal.* hemiſphæricus imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis. *recept.* nudum. *pappus* nullus.

*Herba. fol.* incerta. *inflor.* terminalis incerta.

* Leucanthema, *radio florum albo.*

1. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis, supernè ſerratis, infernè dentatis. *h. m.* 448. *La grande paquerette.* *Leucanthemum.*

Bellis ſylveſtris caule folioſo major. *mag. Bot.* 36. *hort.* 31.

β. Bellis montana folio obtuſo crenato. *mag. Bot.* 36. *hort.* 31.

γ. Bellis montana minor. *mag. hort.* 31? *Bot.* 36?

δ. Bellis ſylveſtris caule folioſo hirſuto, major. *mag. hort.* 31.

* PHARM. *Bellidis majoris* herba. Vis diuretica, vulneraria, ſputo purulento adverſa, antiaſthmatica, extus antitinealis. Datur in decocto aquoſo, cereviſiali, lacteo, & in infuſo ex aqua calcis.

2. CHRYSANTHEMUM foliis imis ſpathulato-lanceolatis ſerratis, ſummis linearibus ligulatis. *h. m.* 448. *Montanum.*

Bellis montana minor. *mag. hort.* 31. *mag. Bot.* 36.

*Graminifolium.* 3. CHRYSANTHEMUM foliis linearibus subintegerrimis. *h. m.* 448.
Bellis montana gramineo folio. *mag. Bot.* 291. *hort.* 31. *tab.* 30.

*Monspeliense.* 4. CHRYSANTHEMUM foliis imis spalmatis, foliolis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 448.
Bellis montana major foliis chrysanthemi cretici angustioribus. *mag. Bot. app.* 306. *hort.* 31. *tab.* 30.

*Corymbosum.* 5. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatis inciso-serratis, caule multifloro. *h. m.* 449.
Tanacetum montanum inodorum, minori flore. *mag. Bot.* 248.
Matricaria tanaceti folio, flore minore, semine umbilicato. *mag. hort.* 131.

*Alpinum.* 6. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatifidis: laciniis parallelis integris, caulibus unifloris. *Linn. syst. nat.* 1221.
Leucanthemum alpinum foliis coronopi. *Tour.* 493.
Leucanthemum alpinum angustifolium. *Barr. ic.* 458. n. 2.
HABITAT *à l'Esperou*, *Lamalou.* Altitudo palmaris.

## MATRICARIA.

*Cal.* hemisphæricus imbricatus: marginalibus solidis, acutiusculis. *recept.* nudum. *pappus* nullus.

*Herba. rad.* ramosa. *fol.* & *inflor.* incerta.

*Parthenium.* 1. MATRICARIA foliis compositis planis, foliolis ovatis incisis, pedunculis ramosis. *h. m.* 449. *La matricaire.*
Matricaria vulgaris, seu sativa. *mag. hort.* 131.
* PHARM. *Matricariæ* herba, aqua, oleum stillatitium, flores. Vis emmenagoga, lactifuga, antihysterica, orexica, torminibus infantum adversa, extus antihæmicranica. Datur in pulvere à scrup. ß. ad scrup. II. *succus* ab unc. I. ad unc. II. *decoctum*

*decoctum* aut *infusum* ad unc. IV.. *aqua* ad eandem dosim.

2. MATRICARIA receptaculis conicis, radiis patentibus, seminibus nudis, squamis calycinis margine æqualibus. *h. m.* 450. *La camomille.* *Chamomilla.*

Chamæmelum vulgare, seu leucanthemum Dioscoridis. *mag. Bot.* ? 60. *hort.* 53 ?

* PHARM. *Camomillæ nostratis* herba, flores, aqua, oleum. Vis febrifuga anticolicalis, anticardialgica, anticalculosa, vomitui gravidarum adversa.

3. MATRICARIA receptaculis hemisphæricis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine obsoletis. *h. m.* 450. *Inodora.*

Chamæmelum vulgare, seu leucanthemum Dioscoridis. *mag. Bot.* 60. *hort.* 53.

## ANTHEMIS.

*Cal.* hemisphæricus subæqualis. *flosculi* radii plures quàm 5. *recept.* paleaceum. *pappus* nullus.

*Herba. rad.* ramosa. *fol.* alterna multifida, vel pinnata.

### * *Radio dicolore, seu albo.*

1. ANTHEMIS erecta, foliorum apicibus subspinosis. *h. m.* 450. *Altissima.*

Chamæmelum leucanthemum hispanicum magno flore. *Bauh. pin.* 135. *mag. hort.* 53.

Chamæmelo affine buphtalmum italicum segetum altissimum. *mag. Bot.* 60.

2. ANTHEMIS foliis pinnatifidis denticulatis carnosis, caule ramoso. *h. m.* 451. *Maritima.*

Chamæmelum maritimum, cotula quibusdam. *mag. Bot.* 61.

Chamæmelum maritimum. *mag. hort.* 53.

3. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus nudis. *h. m.* 451. *Cotula.*

Chamæmelum fœtidum. *mag. Bot.* 61.

Chamæmelum fœtidum, ſive cotula fœtida. *mag. hort.* 53.

* PHARM. *Cotulæ ſœtidæ* herba, flores. Vis antihyſterica, antiepileptica, antihydropica, cautè uſurpanda.

*Arvenſis.* 4. ANTHEMIS receptaculis paleaceis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *h. m.* 451.

Chamæmelum inodorum. *mag. Bot.* 60.

Chamæmelum inodorum, ſive cotula non fœtida. *mag. hort.* 53.

*Pyrethrum.* 5. ANTHEMIS caulibus ſimplicibus unifloris decumbentibus, foliis pinnato-multifidis. *h.m.* 451.

* PHARM. *Pyrethri veri* radix. Vis ſialagoga, errhina, antiodontalgica, linguæ paralyſi adverſa.

*Alpina.* 6. ANTHEMIS cauliculis unifloris longiſſimis ſubnudis. *Linn. amœn. Acad. tom.* 4. *p.* 330. *ſp. pl. ed.* 2ª. 1261. *cent.* 195. *ſiſt. nat.* 1223.

Chamæmelum alpinum ſaxatile perenne, flore albo ſingulari, calyce nigricante. *Seguier ver.* 3. *p.* 282.

Anthemis fruticoſa, foliolis linearibus carnoſis, pedunculis longioribus nudis erectis unifloris. *Gerard. ſl. gallop.* 209. *tab.* 208.

HABITAT copioſè in ſaxoſis *à l'hort de Diou.*

*Alpina.* 7. ANTHEMIS foliis dentato-pinnatis linearibus integerrimis, caule villoſo unifloro, paleis ſphacelatis, petalis ovatis. *Linn. cent.* II. 195. *amœn. Acad. tom.* IV. *pag.* 330. *ſiſt. nat.*

Chamæmelum alpinum perenne ſaxatile, flore albo ſingulari, calyce nigricante. *Seg. ver. tom.* 3. *p.* 282.

HABITAT *à l'Eſperou* (*D. Clapiers.*) *Cauliculi* plures ſeſquipalmares ſimpliciſſimi tomentoſo-incani, quandoque glabri. *Folia* caulina remota lineari-pinnatifida, ad baſim lacinulis minimis ſtipuliformibus; radicalia verò baſi integerrima è medio ad apicem pinnatifida tantùm, ſubtus incana, raró utrinque. *Pedunculus* uniflorus ſu-

pernè nudus. *Squamæ calycinæ* margine membranaceo nigro. *Paleæ* receptaculi ſetaceæ apice nigræ... Huic multùm ſimilis anthemis *Gerardi gallop.* caule fruticoſo foliis linearibus carnoſis. *Gallop. tab. pag.* 208. Sed iſtius ſquamæ nec ad marginem ſphacelatæ, nec foliola longiora.. an eadem ?

## ** *Radio luteo.*

8. ANTHEMIS caule ramoſo, foliis pubeſcentibus pinnato-multifidis ſetaceis, calycibus villoſis pedunculatis. *h. m.* 451. *Valentina.*
Buphtalmum cotulæ folio. *mag. Bot.* 41.

9. ANTHEMIS foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. *h. m.* 451. *Tinctoria.*
Buphtalmum Dioſcoridis. *mag. Bot.* 40.
Chryſanthemum tanaceti minoris folio. *mag. hort.* 55.

## ACHILLÆA.

*Cal.* ovatus imbricatus. *floſculi* radii circiter 5. *recept.* paleaceum. *pappus* nullus.

*Herba. fol.* incerta. *inflor.* terminalis corymboſa, ſtricta.

## * *Corollis flavis.*

1. ACHILLÆA foliis ſetaceis dentatis : denticulis ſubintegris ſubulatis reflexis. *h. m.* 452. *Ageratum.*
Ageratum foliis ſerratis. *mag. Bot.* 5. *hort.* 6.

β. Ptarmica lutea ſuavè olens, corymbis longioribus. *Tour.* 497.

γ. Ageratum foliis ſerratis monſpelienſe, flore pallido luteo. *mag. hort.* 6.

* Pharm. Agerati herba. Vis vulneraria, anthelmintica.

** *Corollis radio albis.*

*Ptarmica.* 2. ACHILLÆA foliis lanceolatis acuminatis argutè ſerratis. *h. m.* 453. *L'herbe à éternuer.*
Ptarmica vulgaris folio longo ſerrato, flore albo. *mag. hort.* 165.
* PHARM. *Ptarmicæ* herba, flores. Vis ſialagoga, errhina, ſternutatoria, vulneraria, antiodontalgica.

*Millefolium.* 3. ACHILLÆA foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis. *h. m.* 453. *Le millefeuille, herbe au charpentier.*
Millefolium vulgare album. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136.
β. Millefolium purpureum majus. *mag. hort.* 136.
* PHARM. *Millefolii* herba, aqua. Vis vulneraria, adſtringens, iſchæma, tonica, antihæmorrhoïdalis, antileucorrhoïca, antidiarrhoïca. *Folia* ad man. I.. *ſuccus* ad unc. III. IV.

*Nobilis.* 4. ACHILLÆA foliis bipinnatis, pinnis diſtantibus utrinque ſubſerratis obtuſiuſculis, foliolis ovatis confertis. *Linn. ſiſt.* 1225. *h. m.* 453.
Millefolium nobile tragi. *mag. hort.* 136.
β. Millefolium odoratum minus Monſpelienſium. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136.

## BUPHTHALMUM.

*Stigma* floſculorum hermaphroditicorum indiviſum. *ſeminum* latera (præſertim radii) marginata. *recept.* paleaceum. *pappus* margo obſoletus.

*Herba*, rigida. *fol.* ſimplex. *inflor.* ſolitaria pedunculata.

* Aſteriſci. *Tour.*

*Spinoſum.* 1. BUPHTHALMUM calycibus acutè folioſis ſpinoſis, ramis alternis, foliis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis. *h. m.* 455.

Aster luteus foliis ad flores rigidis. *mag. Bot.* 31.
Asteriscus foliis ad florem rigidis. *mag. hort.* 26.

2. BUPHTHALMUM calycibus obtusè foliosis sessilibus axillaribus, foliis oblongis obtusis. *h. m.* 455. *Aquaticum.*

Aster annuus attico luteo similis, foliis ad flores mollibus. *mag. Bot.* 32. *hort.* 26.

* Asteroïdea. *Tour.*

3. BUPHTHALMUM foliis lanceolatis subserratis villosis, calycibus nudis. *h. m.* 455. *Salicifolium.*

# SYNGENESIA

## POLYGAMIA FRUSTRANEA.

### HELIANTHUS.

*Cal.* imbricatus subsquarrosus. *recept.* paleaceum planum. *pappus* 2-phyllus.
*Herba. fol.* simplex opposita petiolata scabra: *ramea* alterna.

1. HELIANTHUS foliis inferioribus cordatis, nervis ponè basim unitis denudatis: superioribus ovatis. *h. m.* 456. *Multiflorus.*
2. HELIANTHUS foliis ovato-cordatis, nervis intra folium unitis. *h. m.* 456. *Le taupinambour.* *Tuberosus.*
3. HELIANTHUS foliis ovatis trinerviis crenatis, squamis calycinis erectis longitudine disci. *h. m.* 456. *Annuus.*

### CENTAUREA.

*Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares. *recept.* setosum. *pappus* simplex.
*Herba. fol.* alterna incerta. *inflor.* terminalis pedunculata.

* Jaceæ, *calycibus lævibus inermibus.*

*Crupina.* 1. CENTAUREA calycibus inermibus, squamis lineari-subulatis, foliis pinnatis serratis. *h. m.* 457.

Cyanus pulchro semine centaurii majoris. *mag. Bot.* 82.

Jacea annua foliis laciniatis serratis, purpurascente flore. *mag. hort.* 103.

*Moschata.* 2. CENTAUREA calycibus inermibus subrotundis glabris, squamis ovatis, foliis sinuatis. *h. m.* 457.

Cyanus odoratus turcicus. *mag. hort.* 66.

** Cyani, *calycinis squamis serrato-ciliatis.*

*Pectinata.* 3. CENTAUREA calycibus erecto-plumosis, foliis lyratis denticulatis, rameis lanceolatis integerrimis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 1287.

Jacea montana incana mollis, capitulis hispidis. *Tour.* 443.

Jacea cum squamis pennatis, sive capite villoso. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.

HABITAT copiosè *à St. Loup, au Capouladou, l'Esperou. Folia* tomentosa incana.

*Phrygia.* 4. CENTAUREA calycibus recurvato-plumosis, foliis indivisis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 1287.

Jacea capite hirsuto. *Bauh. pin.* 271.

β. Jacea alba capite hirsuto. *Tour.* 443.

γ. Jacea angustifolia capite hirsuto. *Tour.* 443.

*Nigra.* 5. CENTAUREA calycibus ciliatis, squamulâ ovatâ, ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus flosculosis. *h. m.* 457.

β. Jacea cum squamis cilii instar pilosis. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.

*Pullata.* 6. CENTAUREA calycibus ciliatis verticillato-foliosis, foliis lyrato-dentatis, caule foliis breviore. *h. m.* 457.

Jacea humilis alba hieracii folio. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.

7. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis lanceolatis decurrentibus, caule ſimplici. *h. m.* 457. *Montana.*

Cyanus montanus latifolius. *mag. Bot.* 294.

Cyanus montanus latifolius, ſeu verbaſculum cyanoïdes. *mag. hort.* 66.

8. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis linearibus, inferioribus pinnato-dentatis, ſummis indiviſis. *h. m.* 457. *Le bluet.* *Cyanus.*

Cyanus ſegetum. *mag. Bot.* 82.

β. Cyanus hortenſis flore purpureo pleno. *mag. hort.* 66.

* PHARM. *Cyani* flores, aqua. Vis ophtalmica.

9. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis linearibus, caule paniculato. *h. m.* 459. *Paniculata.*

Jacea vel ſtæbe gallica & auſtriaca elatior. *mag. Bot.* 146. *hort.* 103.

10. CENTAUREA calycibus margine ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis. *h. m.* 459. *Scabioſa.*

Scabioſa major ſquamatis capitulis. *mag. Bot.* 304. *app.*

Jacea vulgaris nigra laciniata. *mag. hort.* 103.

11. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. *h. m.* 459. *La jacée.* *Jacea.*

Jacea vulgaris nigra capitata ſquamoſa. *mag. Bot.* 139. *hort.* 102.

β. Cyanus peramarus ſupinus capitulis ſquamoſis ſeſamoïdis parvi. *mag. Bot.* 82.

γ. Jacea nigra anguſtifolia lithoſpermi arvenſis folio. *Bauh. prodr.* 128.

Jacea repens latifolia ſquamata. *mag. hort.* 102.

δ. Jacea repens anguſtifolia ſquamata. *mag. hort.* 102.

12. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis tomentoſis, radicalibus lanceolatis, caulinis pinnatifidis, caule ſimplici. *h. m.* 459. *Conifera.*

Jacea montana incana capite pini. *mag. Bot.* 136.

Cyanus ſeu centaurium majus humile, capite pini. *mag. hort.* 49.

13. CENTAUREA calycibus ſquamoſis mucronatis, foliis pinnato-dentatis. *Linn. ſiſt. nat. ſp. plant.* 914. *Alba.*

Jacea calyculis argenteis minor. *Tour. inst.* 444.
Stæbe calyculis argenteis minor. *Bauh. pin.* 273.
HABITAT *à l'Esperou* ad dexteram, secus amnem.

*** Stæbe, *calycinis squamis spinosis palmatis.*

*Seridis.* 14. CENTAUREA calycibus palmato-spinosis, foliis decurrentibus tomentosis oblongis, infimis sinuato-dentatis. *h. m.* 460.
Jacea latifolia spinosa capitulis pulchris, flore purpureo. *mag. Bot.* 137.

*Aspera.* 15. CENTAUREA calycinis spinis palmato-quinquefidis, foliis lanceolatis dentatis. *h. m.* 460.
Jacea cum spinosis capitulis, purpurea tenuifolia. *mag. Bot.* 138. *hort.* 103.

**** Calcitrapæ, *calycinis spinis compositis.*

*Calcitrapa.* 16. CENTAUREA calycibus subduplicato-spinosis, foliis sessilibus lateralibus pinnatifidis linearibus dentatis. *h. m.* 460. *La chausse-trape.*
Carduus stellatus, sive calcitrapa. *mag. hort.* 44.
Carduus stellatus foliis papaveris erratici. *mag. Bot.* 50.
* PHARM. *Calcitrapa* herba, succus, extractum, cortex radicis, semina. Vis febrifuga, vulneraria, diuretica, antinephralgica. *Herba* in decocto, in jusculo.. *succus* ab unc. IV ad unc. VI.. *folia* pulverata ad drach. I.. *extractum* ad drach. II.. *semina* ad drach. I, infusa in vino albo.. *Cortex* radicis exsiccatæ pulveratus ad drach. I, in vini albi cyatho infusus.

*Solstitialis.* 17. CENTAUREA calycibus duplicato-spinosis, foliis ramorum decurrentibus inermibus lanceolatis, caulinis lyrato-pinnatifidis. *h. m.* 460.
Carduus stellatus luteus folio cyani. *mag. Bot.* 50. *hort.* 44.

*Melitensis.* 18. CENTAUREA calycibus duplicato-spinosis subrotundis lateralibus, foliis decurrentibus lanceolatis sinuosis inermibus. *h. m.* 460.

Jacea melitensis capitulis conglobatis. *mag. Bot.* 298. *hort.* 104.

HABITAT copiosè in monte Cetio. Capitulis plurimis sparsis sessilibus.

19. CENTAUREA calycibus ciliato-spinosis, foliis lyratis inermibus incanis, capitulis terminalibus. *h. m.* 461. *Sicula.*

Jacea sicula cichorii folio, flore luteo, capite spinoso. *mag. Bot.* 138. *hort.* 104.

20. CENTAUREA calycibus subduplicato-spinosis, foliis amplexicaulibus lanceolatis indivisis serratis. *h. m.* 461. *Calcitrapoïdes.*

Carduus stellatus foliis integris serratis. *mag. hort. app.* 293. *hort.* 44.

21. CENTAUREA calycibus ciliatis spinosis, foliis pinnatifidis, laciniis superioribus majoribus. *h. m.* 461. *Centauroïdes.*

22. CENTAUREA calycibus ciliatis spinosis, foliis bipinnatifidis. *h. m.* 461. *Collina.*

Jacea lutea capite spinoso. *mag. Bot.* 138. *hort.* 104.

***** Crocodiloïdea, *spinis simplicibus.*

23. CENTAUREA calycibus setulâ reflexâ spinosis glabris, foliis dentato-pinnatifidis serratis. *h. m.* 461. *Salmantica.*

Jacea intybacea, sive stæbe salmanticensis prior. *mag. Bot.* 137.

Jacea foliis cichoraceis villosis altissima, flore purpureo. *mag. hort.* 103.

24. CENTAUREA calycibus setacea-spinosis, foliis decurrentibus sinuatis spinosis. *h. m.* 461. *Galactites.*

Carduus galactites. *mag. Bot.* 49. *hort.* 43.



# SYNGENESIA
## POLYGAMIA NECESSARIA.

### CALENDULA.

*Cal.* polyphyllus æqualis. *ſem.* diſci membranacea. *recept.* nudum. *pappus* nullus.
*Herba. fol.* ſimplex pinguis. *inflor.* ſolitaria.

*Officinalis.* 1. CALENDULA ſeminibus radii cymbiformibus echinatis, diſci bicornibus. *h. m.* 462. *Le ſouci.*
Caltha arvenſis. *mag. Bot.* 44.
Calendula minor arvenſis. *mag. hort.* 38.
β. Calendula ſativa. *mag. hort.* 38.
γ. Calendula flore luteo pleno. *mag. hort.* 38.
δ. Calendula flore luteo pleno, & prolifera. *mag. hort.* 38.
* PHARM. *Calendulæ* herba, flores, conſerva, aqua, acetum. Vis emmenagoga ſudorifera, aperiens, incidens, alexipharmaca. *Folia & flores.* ad unc. III. IV. contuſa & infuſa in vino albo... *ſuccus* ab unc. I. ad unc. IV.. *extractum* à drach. I, ad drach. II.. *conſerva* à drach. II. ad unc. I.

### OTHONNA.

*Cal.* 1-phyllus, multifides ſubcylindricus. *recept.* nudum. *pappus* nullus.
*Fruticulus & herba. fol.* ſimplex tomentoſa. *inflor.* umbellata.

* *Herbaceæ.*

*Helenitis.* 1. OTHONNA foliis lanceolatis integris villoſis, floribus umbellatis. *h. m.* 464.

Conyza helenitis mellita incana. *mag. Bot.* 78.

### ** *Fruticulosæ.*

2. OTHONNA foliis pinnatifidis tomentosis, laciniis sinuatis, caule fruticoso. *h. m.* 464. *Maritima.*
Jacobæa maritima, sive cineraria. *mag. hort.* 104.



# *Classis XVI[a].*

# APETALI.

## *MONANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

HIPPURIS.
SALICORNIA.

## *DIANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

*LEPIDIUM.* 7.

## *TRIANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

POLYCNEMUM.
SCHÆNUS.
CYPERUS.
SCIRPUS.
ERIOPHORUM.

## *TETRANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

ALCHEMILLA.
CAMPHOROSMA.

## *TETRANDRIA*

### *DIGYNIA.*

APHANES.
*HERNIARIA.* 3.

## *TETRANDRIA*

### TETRAGYNIA.

RUPPIA.

## *PENTANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

ILLECEBRUM.

CELOSIA.

THESIUM.

*RHAMNUS.* 1. frangula.

## *PENTANDRIA*

### *DIGYNIA.*

*RHAMNUS.* 2. ziziphus.

SALSOLA.

CHENOPODIUM.

BETA.

HERNIARIA.

ULMUS.

## *PENTANDRIA*

### TRIGYNIA.

*RHAMNUS.* 3. paliurus.

## *PENTANDRIA*

### POLYGYNIA.

MYOSURUS.

## *HEXANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

JUNCUS.

## *OCTANDRIA*

### *DIGYNIA.*

CHRYSOSPLENIUM.

## *DECANDRIA*

### *DIGYNIA.*

SCLERANTHUS.

## *DODECANDRIA*

### *MONOGYNIA.*

ASARUM.

## *TETRADYNAMIA.*

*CARDAMINE.* 6.

## *GYNANDRIA*

### *POLYANDRIA.*

ARUM.
ZOSTERA.

## *MONŒCIA*

### *MONANDRIA.*

ZANICHELLIA.

## *MONŒCIA*

### *DIANDRIA.*

LEMNA.

## *MONOECIA*

### *TRIANDRIA.*

CAREX.
SPARGANIUM.
AMARANTHUS.
TYPHA.

## *MONŒCIA*

### *TETRANDRIA.*

URTICA.

MORUS.

BETULA.

## *MONŒCIA*

### *PENTANDRIA.*

XANTHIUM. *femina.*

*AMARANTHUS.* 4. 5.

## *MONŒCIA*

### *OCTANDRIA.*

MYRIOPHYLLUM.

## *MONOECIA*

### *POLYANDRIA.*

CERATOPHYLLUM.

THELIGONUM.

QUERCUS.

FAGUS.

CORYLUS.

CARPINUS.

## *MONOECIA*

### *MONADELPHIA.*

CUPRESSUS.

PINUS.

CROTON. *femina.*

## *DIOECIA*

### *DIANDRIA.*

NAJAS. *femina.*

SALIX.

## *DIOECIA*

### *TRIANDRIA.*

*CAREX.* 9.

## *DIOECIA*

### *TETRANDRIA.*

VISCUM.

*MORUS.* 2.

URTICA.

*RHAMNUS.* 4. catharticus.

## *DIŒCIA*

### *PENTANDRIA.*

CANNABIS.

HUMULUS.

PISTACIA.

SPINACIA.

## *DIOECIA*

### *HEXANDRIA.*

TAMUS.

SMILAX.

## *DIOECIA*

### *OCTANDRIA.*

POPULUS.

## *DIOECIA*

### *ENNEANDRIA.*

MERCURIALIS.

*DIŒCIA*

## *DIŒCIA*

### *MONADELPHIA.*

JUNIPERUS. *mas.*

EPHEDRA.

## *DIŒCIA*

### *SYNGENESIA.*

RUSCUS?

## *POLYGAMIA*

### *MONŒCIA.*

CELTIS.

CORIARIA.

HOLCUS. *mas.*

PARIETARIA.

ATRIPLEX.

## *POLYGAMIA*

### *DIŒCIA.*

RHAMNUS. 5. alaternus.

FRAXINUS.

## *POLYGAMIA*

### *TRIŒCIA.*

OSYRIS.

FICUS.



# APETALI.

## MONANDRIA MONOGYNIA.

### HIPPURIS.

*Cal.* o. *ſtigm.* ſimplex. *ſem.* 1.
*Herba.* immerſa articulata. *fol.* linearis verticillata. *inflor.* axillaris ſeſſilis.

*Vulgaris.* 1. HIPPURIS. *h. m.* 3. *La peſſe d'eau.*
Equiſetum brevioribus foliis, paluſtre polyſpermum. *mag. Bot.* 89. *hort.* 74.
Obs. Folia *inferiora* quaterna, quina, ſena; *ſumma* 7-18.

### SALICORNIA.

*Cal.* ventricoſus integer. *ſem.* 1.
*Herba.* carnoſa ſucculenta, articulata, amphibia; *fol.* o. *inflor.* in articulis.

*Herbacea.* 1. SALICORNIA patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2^a^. 5. *Le ſalicor.*
Salicornia europæa *annua. Goüan. hort.* 2. *Sauv.* 7.
Salicornia articulis apice craſſioribus obtuſis, internodiis diſtantibus. *Ger. flor. gallop.* 328.
Kali geniculatum annuum. *mag. Bot.* 147. *hort.* 108.

*Fruticoſa.* 2. SALICORNIA caule erecto fruticoſo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2^a^. 5.
Salicornia europæa *fruticoſa* β. *Goüan. hort.* 2. *Sauv.* 7.
Salicornia articulis ſubæqualibus obtuſis, internodiis approximatis. *Ger. flor. gallopr.* 328.
Kali geniculatum majus. *mag. Bot.* 147. *hort.* 108.

# *DIANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

### LEPIDIUM.

*Silic. caul. fol.* Vide classeos 10$^{um}$. ordinem.

7. LEPIDIUM floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *h. m.* 315. *Ruderale.*
Iberis nasturtii folio. *Bauh. pinn. mag. Bot.* 139.
Nasturtium sylvestre tenuiter incisum minori fructu. *Tour.* 214.
Nasturtium sylvestre. *mag. hort.* 142.
Nasturtium sylvestre osyridis folio. *Bauh. pin.* 115.

# *TRIANDRIA*

## *MONOGYNIA.*

### POLYCNEMUM.

*Cal.* 5-phyllus: foliolis 2 alternis minoribus, persistens. *sem.* 1. nudum compressum orbiculatum.

*Herba.* prostrata. *fol.* subulata alterna. *inflor.* axillaris solitaria sessilis. *fulc.* 2. stipulæ axillares oppositæ semen foventes.

1. POLYCNEMUM foliis stipulisque subulatis. *h. m.* 24. *Arvense.*
Champhoratæ congener. *mag. Bot.* 47. *hort.* 40.
Herniaria foliis longis angustis acuminatis glabris. *mag. char.* 51.

## SCHÆNUS.

*Glumæ.* paleaceæ univalves congeſtæ. *ſem.* 1, ſubrotundum inter glumas calycinas.

*Herba.* (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* ſpiculis congeſtis.

*Mariſcus.* 1. SCHÆNUS culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis. *h. m.* 28.

Gramen cyperoïdes altiſſimum, foliis & carinâ ſerratis. *mag. Bot.* 117. *hort.* 93.

*Mucronatus.* 2. SCHÆNUS culmo tereti nudo, ſpicis faſciculatis divaricatis, involucro ſubulato triphyllo. *h. m.* 28.

Gramen cyperoïdes maritimum. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

*Nigricans.* 3. SCHÆNUS culmo tereti nudo, capitulo ovato: involucri diphylli valvulâ alterâ ſubulatâ longâ. *h. m.* 28.

Juncus lithoſpermi ſemine. *mag. Bot.* 145. *hort.* 107. *Bot. icon.* 144.

*Aculeatus.* 4. SCHÆNUS culmo tereti ramoſo, capitulis terminalibus, involucro triphyllo breviſſimo rigido patente. *Linn. ſiſt. nat.* 865.

Gramen album capitulis aculeatis italicum. *mag. Bot. app.* 297.

Gramen ſupinum aculeatum. *Bauh. hiſt.* 2. 467.

Gramen ſpicatum ſpicis in capitulum foliatum congeſtis. *Tour.* 519.

Habitat in ſabuloſis maritimis *à Maguelone, Cete.*

## CYPERUS.

*Glumæ* paleaceæ diſtichè imbricatæ. *ſem.* 1, nudum.

*Herba.* (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* ſpiculis umbellatis inæqualibus compreſſis.

1. CYPERUS culmo folioſo triquetro, umbellâ folioſâ ſupradecompoſitâ pedunculis nudis, ſpiculis alternis. *h. m.* 29. *Le ſouchet.* *Longus.*

Cyperus odoratus radice longâ, ſive cyperus officinarum. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

* PHARM. *Cyperi longi* radix. Vis diuretica, emmenagoga, ſtomachica, ulceribus uteri, veſicæ oris adverſa. *Radix* in ſubſtantia ad drach. I. II. in infuſo ad uſque unc. ſſ.

2. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ triphyllâ, pedicellis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis lanceolatis. *h. m.* 29. *Flaveſcens.*

Cyperus minimus paniculâ ſparſâ flaveſcente. *Scheuz. gram.* 385.

β. Cyperus *minor* paniculâ ſparſâ flaveſcente. *Scheuz. gram.* 386. *tab.* 8. *fig.* 13. Optima.

HABITAT β in pratis *à l'Eſperou.* Vix biuncialis; ſpiculæ ad ſummum ternæ, ſæpius binæ.

3. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ triphyllâ, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis lanceolatis. *h. m.* 29. *Flaveſcens.*

4. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ trifidâ, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis linearibus atris. *h. m.* 29. *Fuſcus.*

Gramen cyperoïdes paniculâ ſparſâ minus. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

5. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbellâ folioſâ, radicum tuberibus ovatis; zonis imbricatis. *Linn. ſiſt. nat.* 866. *Eſculentus.*

Cyperus rotundus eſculentus anguſtifolius. *Bauh. pinn.* 14. *theat.* 222. *Tour.* 527.

HABITAT *à Lattes* versùs ſtagna, & in foſſis ſubmarinis *à Maguelone, Perauls.*

## SCIRPUS.

*Glumæ* paleaceæ undique imbricatæ. *ſem.* I, imberbe nudum.

*Herba* (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* in-

certa; ſpiculis aliis pedunculatis, aliis ſeſſilibus.

## * *Spicâ unicâ.*

*Paluſtris.* 1. SCIRPUS culmo nudo tereti, ſpicâ ſubovatâ imbricatâ. *h. m.* 30.

Juncus paluſtris equiſeti capitulo majore. *mag. Bot.* 145.

Juncus capitulis equiſeti major. *mag. hort.* 107.

*Acicularis.* 2. SCIRPUS culmo nudo tereti ſetiformi, ſpicâ ovatâ terminali bivalvi ſeminibus nudis. *Linn. ſp. pl. ed.* 2ª. 71.

Juncus minimus ſpicâ breviore ſquamoſâ ſpadiceâ. *Scheuz. gram. t.* 7. *f.* 19.

HABITAT in ſaxoſis à *Meyrueis.* Vix biuncialis. Folia arcuata, rigida, teretia, hinc ſulcata pungentia, culmo breviora.

*Fluitans.* 3. SCIRPUS culmis teretibus alternis nudis, caule folioſo flaccido. *h. m.* 30.

## ** *Culmo tereti polyſtachio.*

*Lacuſtris.* 4. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *h. m.* 30.

Juncus maximus, ſeu ſcirpus major. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

OBS. In foſſis omnibus circa urbem occurrit, & caule ad baſim ancipiti, altitudinem humanam exſuperante.

*Holoſchænus.* 5. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inæquali mucronato. *h. m.* 30.

Juncus acutus maritimus capitulis rotundis. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

*Romanus.* 6. SCIRPUS culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bracteâ reflexâ. *h. m.* 30.

*Setaceus.* 7. SCIRPUS culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſeſſilibus ſubſolitariis. *h. m.* 31.

HABITAT in pratulis à *Gramont.*

### *** *Culmo triquetro, paniculâ nudâ.*

8. SCIRPUS culmo triquetro nudo acuminato, paniculâ conglomeratâ nudâ. *h. m.* 31. *Mucronatus.*
Juncus acutus maritimus, caule triangulo. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

### **** *Culmo triquetro, paniculâ foliaceâ.*

9. SCIRPUS culmo triquetro, paniculâ conglobatâ foliosâ, ſpicularum ſquamis trifidis, intermediâ ſubulatâ. *h. m.* 31. *Maritimus.*
Cyperus rotundus vulgaris. *mag. Bot.* 83.
Cyperus rotundus inodorus germanicus. *mag. hort.* 67.
β. Gramen cyperoïdes paniculâ ſparſâ, majus. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

10. SCIRPUS culmo triquetro folioſo, umbellâ folioſâ, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *h. m.* 31. *Sylvaticus.*
Gramen cyperoïdes miliaceum. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

## ERIOPHORUM.

*Glum.* paleaceæ undique imbricatæ. *ſem.* 1, lanâ longiſſimâ cinctum.
*Herba* (gramen). *inflor.* paniculata, glomerata.

1. ERIOPHORUM culmis vaginatis teretibus, ſpicâ paleaceâ. *h. m.* 32. *Vaginatum.*
Juncus alpinus cum cauda leporina. *Bauh. hiſt.* 2. 514.

2. ERIOPHORUM culmis teretibus, floribus nutantibus. *h. m.* 32. *Polyſtachion.*
Linum pratenſe. *tabern. icon.* 250.

# TETRANDRIA

## MONOGYNIA.

### ALCHEMILLA.

*Cal.* 8-fidus. *sem.* 1, calyce inclusum.
*Herba. inflor.* glomerato - paniculata. *fulcr.* stipulæ petiolares geminæ, adnatæ.

*Vulgaris.* 1. ALCHEMILLA foliis lobatis, stipulis foliaceis serratis. *h. m.* 73. *Le pied de lion.*
Alchemilla vulgaris. *mag. hort.* 8.
* PHARM. *Alchemillæ* radix, herba. Vis vulneraria, adstringens, antiherniosa, ischæma, sophisticans, mammis indurandis apta.. *succus* intus ad unc. IV.. *decoctum* ad cyathi dosim.

*Alpina.* 2. ALCHEMILLA foliis digitatis serratis, stipulis membranaceis integerrimis. *h. m.* 73.
Alchemilla perennis argentea. *mag. hort.* 8.

### CAMPHOROSMA.

*Cal.* 4-fidus urceolatus, denticulis 2 oppositis minoribus. *caps.* 1 - sperma.
*Fruticulus*, prostratus. *fol.* alterna ciliata subulata.

*Monspeliaca.* 1. CAMPHOROSMA. *h. m.* 73. *La camphrée ou camphorata.*
Camphorata hirsuta. *mag. Bot.* 47. *hort.* 39.
* PHARM. *Camphoratæ* herba. Vis vulneraria, aperiens, incidens, diuretica, sudorifera, emmenagoga, antihydropica, anticoryzalis, antiasthmatica. Datur in infuso theiformi. Decocta datur ad usque unc. 1. in aquæ lib. III.

# *TETRANDRIA DIGYNIA.*

## APHANES.

*Cal.* 8-fidus. *ſem.* 2. nuda.
*Herba. fol.* alterna ſeſſilis. *inflor.* axillaris glomerata ſeſſilis.

1. APHANES. *h. m.* 74. *Arvenſis.*
Alchemilla minima montana. *mag. Bot.* 7. *hort.* 8.

## HERNIARIA.

*Cal.* 4-fidus. *filam.* 8. 4. ſterilia petaliformia.
*Fruticulus. fol.* oppoſita linearis integerrima. *fulc.* ſtipulæ interfoliaceæ oppoſitæ.

3. HERNIARIA caulibus fruticoſis, floribus quadrifidis. *Linn. cent.* 1. *amœn. Acad.* 4. *pag.* 269. *Fruticoſa.*
Herniaria fruticoſa viticulis lignoſis. *Tour.* 507.
Polygonum, ſive herniaria fruticoſa viticulis lignoſis. *mag. Bot.* 210. *hort.* 96.

# *TETRANDRIA TETRAGYNIA.*

## RUPPIA.

*Cal.* o. *ſem.* 4, pedicellata.
*Herba* immerſa. *fol.* alterna linearis. *fulc.* ſtipulæ 2 adnatæ vaginantes, ad baſin ſpathæformes,

*Maritima.* 1. RUPPIA. *h. m.* 76.
Gramen maritimum fluitans cornutum. *mag. Bot.* 119. *Bauh. pinn.* 3.

# PENTANDRIA
## MONOGYNIA.
### ILLECEBRUM.

*Cal.* 5-phyllus cartilagineus inferus. *stigm.* simplex. *caps.* 5-valvis, 1-sperma.
*Herba*, rigida. *fol.* opposita sessilis integerrima.

*Verticillatum.* 1. ILLECEBRUM floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. *h. m.* 116.

*Cymosum.* 2. ILLECEBRUM spicis cymosis secundis, caule diffuso. *h. m.* 118.

*Paronychia.* 3. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus. *h. m.* 118.
Polygonum minus candicans supinum. *mag. Bot.* 209.
Herniaria minor candicans supina. *mag. hort.* 96.

*Capitatum.* 4. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, occultatis, capitulis terminalibus, caule erecto. *h. m.* 118.
Herniaria minor candicans capitulis surrectis. *mag. hort.* 96.
Polygonum minus candicans capitulis surrectis. *mag. Bot.* 209.
Obs. Narbonæ pro pede cati usurpatur; *ex D. Solier.*

### CELOSIA.

*Cal.* 5-phyllus; foliolis 2 interioribus. *stam.* basi nectario plicato juncta. *caps.* horizontaliter dehiscens.
*Herba. inflor.* spicata: apice frondoso (sæpius) sterili.

1. CELOSIA foliis ovato-oblongis, pedunculis teretibus subſtriatis, ſpicâ oblongâ. *h. m.* 117. *La crête de coq des jardiniers.* *Criſtata.*

## THESIUM.

*Cal.* 1-phyllus ſuperus, cui *ſtam.* inſerta. *ſem.* 1, coronatum.

*Herba*, rigidula. *inflor.* paniculato-racemoſa. *fulc.* bracteæ ternæ foliaceæ: alterâ longiore.

1. THESIUM calyce bracteis longiore, foliorum nervis decurrentibus. *h. m.* 118. *Linophyllon.*

Linaria montana floſculis albicantibus. *mag. Bot.* 159.

Sanamunda linariæ folio. *mag. hort.* 178.

β. Alchemilla linariæ folio, florum calyce luteo. *Tour.* 509.

## RHAMNUS.

*Cal.* tubuloſus 5-fidus: ſquamis ſtamina munientibus (petala?) *bacc.* 2-ſperma, 2-locularis, rotundata.

*Arbor.* *fol.* ſimplex alterna. *inflor.* axillaris.

1. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *h. m.* 112. *La bourgene.* *Frangula.*

Alnus nigra baccifera. *mag. Bot.* 290.

Frangula, ſive alnus nigra baccifera. *mag. hort.* 81.

* PHARM. *Frangulæ* cortex medius. Vis *recentis*, emetica, *exſiccati* cathartica, antihydropica, antiſcabioſa. Datur in ſubſtantia ad drach. I.. in infuſo à drach. II, ad drach. III, imò IV.

# *PENTANDRIA*

## *DIGYNIA.*

### SALSOLA.

*Cal.* 5-phyllus. *capſ.* 1-ſperma. *ſem.* cochleatum.

*Herba. fol.* integerrima ſucculenta. *inflor.* axillaris.

*Tragus.* 1. SALSOLA foliis ſubulatis ſpinoſis lævibus, calycibus ovatis, caule erecto herbaceo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 322. *Salſola kali. Goüan. hort.* 146.
Kali ſpinoſum cochleatum. *mag. Bot.* 146.
Kali ſpinoſum foliis longioribus & anguſtioribus. *mag. hort.* 108.

*Soda.* 2. SALSOLA foliis inermibus, caule patulo herbaceo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 322. *Goüan. hort.* 146.
Kali majus cochleato ſemine. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

*Hirſuta.* 3. SALSOLA diffuſa herbacea, foliis teretibus obtuſis tomentoſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 323.
Chenopodium *hirſutum. Linn. ſp. pl. edit.* 1ª. 221. *Goüan. hort.* 125.
Kali minus villoſum. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

*Fruticoſa.* 4. SALSOLA erecta fruticoſa, foliis filiformibus obtuſiuſculis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 324.
Chenopodium *fruticoſum* foliis linearibus teretibus carnoſis. *Linn. ſiſt. edit.* 1ª. 221. & *Goüan. hort.* 125.
Kali ſpecies ſive vermicularis marina arboreſcens. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

### CHENOPODIUM.

*Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *ſem.* 1, lenticulare ſuperum.

*Herba*, & *fruticulus*. *fol.* ſimplex. *inflor.* glomerato-racemoſa.

### * *Foliis anguloſis.*

1. CHENOPODIUM foliis triangulari-ſagittatis integerrimis. *h. m.* 123. *Le bon Henri.* *Bonus Henricus.*
   Atriplex chenopodii folio triangulo. *mag. hort.* 29.
   * PHARM. *Boni Henrici* herba. Vis refrigerans, humectans, vulneraria, anodina, antihæmorrhoïdalis, antipodagrica. Datur ad man. I. II.
2. CHENOPODIUM foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis, dentatis, racemis erectis compoſitis ſubnudis, caule brevioribus. *h. m.* 128. *Rubrum.*
   Atriplex ſylveſtris latifolia. *mag. Bot.* 34.
   Atriplex chenopodia latifolia. *mag. hort.* 28.
   * PHARM. *Atriplicis rubræ* herba. Vis prioris.
3. CHENOPODIUM foliis rhomboïdeo-triangularibus eroſis poſticè integris, ſummis oblongis, racemis erectis. *h. m.* 129. *Album.*
   Atriplex ſylveſtris. *mag. Bot.* 34.
   Atriplex chenopodia, folio ſinuato candicante. *mag. hort.* 29.
4. CHENOPODIUM foliis rhomboïdeis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis nudis. *h. m.* 129. *Viride.*
5. CHENOPODIUM foliis ſubcordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. *h. m.* 129. *Hybridum.*
   Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio. *mag. Bot.* 35.
   Atriplex daturæ folio. *mag. hort.* 29.
6. CHENOPODIUM foliis oblongis ſinuatis, racemis nudis multifidis. *h. m.* 124. *Botrys.*
   Botrys ambroſioïdes vulgaris. *mag. Bot.* 34.
   Atriplex chenopodia ambroſioïdes, folio ſinuato. *mag. hort.* 29.
   * PHARM. *Botryos vulgaris* herba, ſemina. Vis reſolvens, thoracica, antiaſthmatica, antiorthopnoïca, tuſſi convulſivæ, phtyſi, adverſa, carminativa, anticolicalis. Datur in pulvere ad drach. I. in infuſo aquoſo, vinoſo, hydromellæo, mane & ſero ad cyathi doſim.

## ** *Foliis integris.*

*Vulvaria.* 7. CHENOPODIUM foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis. *h. m.* 125. *L'arroche puante.*
Atriplex fœtida. *mag. Bot.* 35.
Atriplex chenopodia fœtida. *mag. hort.* 29.
* PHARM. *Vulvariæ* herba, conserva, tinctura; vis antihysterica. Datur in infuso, decocta pro clystere.

*Polyspermum* 8. CHENOPODIUM foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis. *h. m.* 125.
Blittum erectius, sive tertium tragi. *mag. Bot.* 38.
Atriplex chenopodia betæ folio. *mag. hort.* 29.

*Scoparium.* 9. CHENOPODIUM foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis. *h. m.* 125.
Atriplex chenopodia lini folio. *mag. hort.* 29.

*Maritimum.* 10. CHENOPODIUM foliis subulatis semicylindricis. *h. m.* 125.
Kali minus album semine splendente. *mag. Bot.* 141. *hort.* 108.
β. Kali minus foliis lucidis. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.
Kali species, sive vermicularis marina arborescens. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

## BETA.

*Cal.* 5-phyllus, basi *semen* reniforme fovens.
*Herba*, sulcata. *inflor.* terminalis glomerato-racemosa.

*Vulgaris.* 1. BETA. *h. m.* 126. *La poirée. Bette rave.*
Beta rubra. *mag. hort.* 32.
β. Beta communis viridis. *mag. Bot.* 37. *hort.* 32.
* PHARM. *Betæ albæ, rubræ*, herba, radix, succus. Vis emolliens, errhina, anticoryzalis, ophtalmica, anticephalalgica †, suppositoria.

## HERNIARIA.

*Cal.* 5-partitus. *ſtam.* 5-ſterilia. *capſ.* 1-ſperma.

*Herba. fol. fulc.* Vide ejuſdem claſſeos ordinem 5$^{um}$.

1. HERNIARIA. *h. m.* 123. *La turquette. mag. hort.* 96. *Glabra.*
Polygonum minus glabrum. *mag. Bot. app.* 311.
* PHARM. *Herniariæ glabræ* herba. Vis adſtringens, antiherniofa, diuretica, antiſcotomica, ophtalmica. *Herba* ad man. 1, incocta aut infuſa in aquæ aut vini lib. 1. *pulverata* ad drach. 1.. *ſuccus* ab unc. II, ad unc. IV.

2. HERNIARIA. *h. m.* 123. *mag. hort.* 96. *Hirſuta.*
Polygonum minus, ſive millagrana major. *mag. Bot.* 210.

## ULMUS.

*Cal.* 5-fidus. *bacc.* exſucca compreſſo-membranacea.

*Arbor :* ramificationibus diſtichè patentibus. *fol.* ſimplex alterna. *inflor.* primordialis.

1. ULMUS foliis duplicato-ſerratis baſi inæqualibus. *h. m.* 127. *L'ormeau.* *Campeſtris.*
Ulmus campeſtris & Theophraſti. *mag. Bot.* 281. *hort.* 207.
* PHARM. *Ulmi* cortex medius. Vis vulneraria, adſtringens.

## RHAMNUS.

*Caul. inflor. fol.* Vide ejuſdem claſſeos ordinem 7$^{um}$.

*Nucleus* 2-locularis. *fulc.* aculei gemini ſtipulares.

*Ziziphus.* 2. RHAMNUS aculeis geminis ſubæqualibus, foliis obliquè ovatis trinerviis ſerratis, pedunculis confertis, fructibus ovatis. *h. m.* 113. *Le jujubier.*

Ziziphus ſativa & ſylveſtris. *mag. Bot.* 283. *hort.* 209.

* PHARM. *Jujubæ* baccæ, ſyrupus. Vis lubricans, edulcorans, expectorans, antituſſiculoſa, antiſtrangurica. Coquuntur n°. XII. pro quâlibet aquæ pinta.

# *PENTANDRIA*

## *TRIGYNIA.*

### RHAMNUS.

*Caul. inflor. fol.* Vide ordinem 7um. *fulc.* Vide ordinem 9um.

*Nucleus* trilocularis clypeiformis, margine ſuberoſo-membranaceo.

*Paliurus.* 3. RHAMNUS aculeis geminis inæqualibus, foliis trinerviis ſubſerratis, pedunculis ſolitariis. *h. m.* 112. *Le paliure.*

Rhamnus, ſive paliurus, folio jujubino. *mag. Bot.* 221.

Paliurus. *mag. hort.* 152.

* PHARM. *Paliuri* ſemina. Vis diuretica, expectorans.

# *PENTANDRIA*

## *POLYGYNIA.*

### MYOSURUS.

*Cal.* 5-phyllus baſi adnatus. *nect.* 5 ſubulata petaliformia. *ſem.* receptaculo tereti longo affixa.

*Herba,*

*Herba*, ſimpliciſſima. *fol.* linearis. *inflor.* ſcapus uniflorus.

1. MYOSURUS. *h. m.* 161. *La queue de ſouri.* *Minimus.*
Holoſtea affinis caudâ muris. *mag. Bot.* 132.
Myoſuros. *mag. hort.* 140.

# HEXANDRIA

## MONOGYNIA.

### JUNCUS.

*Cal.* 6-phyllus. *capſ.* 1-locularis, 3-valvis.
*Herba.* (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* glomerato-ſpicata, paniculata.

* *Culmis nudis.*

1. JUNCUS culmo ſubnudo tereti mucronato, paniculâ terminali, bracteâ duplici ſpinosâ. *h. m.* 183. *Le jonc.* *Acutus.*
Juncus pungens, ſive juncus acutus, capitulis ſorghi. *mag. hort.* 107.
Juncus acutus capitulis ſorghi. *mag. Bot.* 143.
2. JUNCUS culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *h. m.* 184. *Conglomeratus.*
Juncus lævis paniculâ non ſparſâ. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.
3. JUNCUS culmo nudo ſtricto, paniculâ laterali. *h. m.* 184. *Effuſus.*
Juncus lævis paniculâ ſparſâ major. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.
4. JUNCUS culmo nudo: apice membranaceo incurvo, paniculâ laterali. *h. m.* 184. *Inflexus.*
Juncus acumine reflexo major. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.
5. JUNCUS culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *h. m.* 184. *Squarroſus.*

Gramen junceum foliis & ſpicâ junci. *mag. Bot.* 119. *hort.* 93.

Junco affinis paniculâ laxâ, longioribus pediculis inſidente. *Scheuz. agr.* 350.

## ** *Culmis folioſis.*

*Articulatus.* 6. JUNCUS foliis nodoſo-articulatis. *h. m.* 183.

Gramen junceum folio articuloſo aquaticum. *mag. Bot.* 119. *hort.* 93.

*Bufonius.* 7. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *h. m.* 183.

Gramen nemoroſum caliculis paleaceis. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

*Campeſtris.* 8. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus, pedunculatiſque. *h. m.* 184.

Gramen exile hirſutum, cyperoïdes. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

β. Gramen hirſutum capitulo globoſo. *Bauh. pin.* 7.

*Piloſus.* 9. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 468.

Juncus nemoroſus latifolius major. *Tour.* 247.

γ. Gramen hirſutum nemoroſum anguſtifolium alpinum, paniculis obſcurè ruſeſcentibus. *Scheuz. agr.* 317.

*Spicatus.* 10. JUNCUS foliis planis, ſpicâ racemoſâ nutante. *h. m.* 184.

*Bulboſus.* 11. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 466.

Gramen junceum foliis & ſpicâ junci. *mag. Bot.* 119. *hort.* 98.

Juncus parvus cum pericarpiis rotundis. *Tour.* 247.

HABITAT in rivulis circa urbem, *à Selleneuve*, *Montferrier*, *Lattes*. *Culmus* compreſſiuſculus. *Folia* ſubtus ſtriata, supernè canaliculata. *Capſulæ* nitentes fuſcæ; *paniculæ* inæquales.

*Niveus.* 12. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, corymbis folio brevioribus, floribus faſciculatis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 468.

Juncus piloſus *A. Goüan. h. m.* 184.

Gramen hirſutum anguſtifolium minus paniculis albis. *mag. Bot.* 118.

Juncus anguſtifolius villoſus, floribus albis paniculatis. *Tour.* 247.

# OCTANDRIA

## DYGINIA.

### CHRYSOSPLENIUM.

*Cal.* 4-fidus coloratus. *capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

*Herba*, radicans. *fol.* oppoſita ſucculenta ſcabriuſcula.

1. CHRYSOSPLENIUM. *h. m.* 208. *La ſaxifrage dorée.* *Oppoſitifolium.*

# DECANDRIA

## DYGINIA.

### SCLERANTHUS.

*Cal.* 1-phyllus, 5-fidus, ſuperus. *ſem.* 2: calyce incluſa.

*Herba*, rigida proſtrata. *fol.* ſubulata: *inflor.* faſtigiata.

1. SCLERANTHUS calycibus fructuum patulis. *h. m.* 211. *Annuus.*

Polygonum anguſto & acuto gramineo folio minus repens. *mag. Bot.* 211.

Herniaria folio oppoſito anguſtiſſimo minor repens. *mag. hort.* 97.

2. SCLERANTHUS calycibus fructûs patentiſſimis ſpinoſis, caule ſubvilloſo. *Linn. amœn. Acad.* 4. p. 313. *Polycarpos.*

Polycarpus. *Dalech. hist.* 444.
HABITAT *à l'Esperou, à l'hort de Diou, à Banahu.*

# DODECANDRIA

## MONOGYNIA.

### ASARUM.

*Cal.* 4-fidus superus. *caps.* coriacea 8-locularis, coronata.
*Herba*, parasitica, succulenta. *fol.* carnosa imbricata. *inflor.* congesta terminalis.

*Hypocistis.* 1. ASARUM foliis sessilibus imbricatis, floribus quadrifidis. *h. m.* 226. *L'hypociste.*
Hypocistis. *mag. Bot.* 135.
* PHARM. *Hypocistidis* extractum. Vis *acaciæ nostratis*, adstringens, ischæma, antidiarrhoïca, antiherniosa. Intus à drach. ß, ad drach. 1.

# TETRADYNAMIA.

### CARDAMINE.

*Silic. stigm. cal. caul. fol.* Vide classeos 6æ. 10um. ordinem.

*Impatiens.* 6. CARDAMINE foliis pinnatis, floribus apetalis. *h. m.* 324.
Cardamine foliis pinnatis incisis stipulatis, floribus apetalis. *Linn. sist.* 1131.
Cardamine species quædam insipida. *mag. hort.* 42.

# *GYNANDRIA POLYANDRIA.*

## ARUM.

*Spatha* 1-phylla, cucullata. *ſpadix* ſubcylindricus, ſupernè nudus clavatus.
*Herba*, ſcapus androgynus: *inflor.* feminæ ad baſim ſpadicis infra mares. *fol.* petiolo dilatato vaginanti ſubmembranaceo.

### * Acaulia *foliis ſimplicibus.*

1. ARUM acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. *h. m.* 478. *Le pied de veau.* *Maculatum.*
Arum vulgare non maculatum. *mag. Bot.* 29. *hort.* 22.
β. Arum maculatum maculis candidis & nigris. *mag. Bot.* 29. *hort.* 22.
γ. Arum maximum autumnale. *mag. hort.* 22.
* Pharm. *Ari* radix. Vis radicis *exſiccata* orexica, incidens, expectorans, antiaſthmatica, deobſtruens, antiauriginoſa, antichlorotica, antimelancholica: *recentis* corroſiva. Datur exſiccata à drach. ſſ. ad drach. 1.

2. ARUM acaule, foliis cordato-oblongis, ſpathâ bifidâ, ſpadice incurvo. *h. m.* 478. *Ariſarum.*
Arum latifolium alterum. *mag. Bot.* 27.
Arum humile ariſarum dictum latifolium, piſtillo brevi incurvo obtuſo. *mag. hort.* 22.

### ** Acaulia *foliis compoſitis.*

3. ARUM foliis pedatis; primordialibus ſimplicibus, cæteris multifidis: foliolis lanceolatis integerrimis æquantibus ſpatham ſpadice longiorem. *h. m.* 477. *La ſerpentaire.* *Dracunculus.*

Dracunculus polyphyllus. *mag. Bot.* 87.
Arum polyphyllum, dracunculus, & ſerpentaria dictum. *mag. hort.* 23.
* Pharm. *Dracunculi* radix, herba. Vis *ari* ſuccedanea; extus, antiulceroſa, anticarcinomatoſa.

## ZOSTERA.

*Spadix* linearis planus: altero latere florifero: *ſtam.* alterna. *ſem.* ſolitaria alterna.

*Herba*, immerſa. *fol.* faſciculata linearis plana. *inflor.* congregata in rima longitudinali ſpadicis foliacei: floſculis duplici ſerie, alternis, pedicellatis.

*Marina.* 1. ZOSTERA. *h. m.* 478. *Le foin de mer, l'algue.*
Alga anguſtifolia vitriariorum. *mag. Bot.* 7. *hort.* 9.

# MONŒCIA
## MONANDRIA.

## ZANICHELLIA.

*Maſ. cal.* o. *caul. fol. inflor.* ut in feminis.

*Fem. cal.* 1-phyllus. *piſt.* 4. *ſem.* 4.

*Herba*, immerſa, articulata. *fol.* capillaris; inferior alterna ſumma oppoſita. *inflor.* axillaris ſeſſilis ſolitaria.

*Paluſtris.* 1. ZANICHELLIA. *h. m.* 479.
Potamogeton capillaceum capitulis ad alas trifidis. *mag. Bot.* 213. *hort.* 165.

# *MONŒCIA DIANDRIA.*

## LEMNA.

Masc. *cal.* 1-phyllus.

Fem. *cal.* maris. *styl.* 1. *caps.* 1-locularis.

*Herba*, natans. *rad.* perpendicularis capillaris. *fulc.* tubi ad apicem radicularum.

1. LEMNA foliis petiolatis lanceolatis. *h. m.* 479. *Trisulca.*
Lemna aquatica trisulca. *mag. Bot.* 301. *hort.* 114.

2. LEMNA foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. *h. m.* 479. *La lentille d'eau.* *Minor.*
Lenticula palustris minor vulgaris. *mag. Bot.* 152.
Lenticula aquatica. *mag. hort.* 114.
* Pharm. *Lenticulæ palustris* herba. Vis extus refrigerans, antiphlogistica, anticresypelatosa, antihæmorrhoïdalis.

# *MONŒCIA TRIANDRIA.*

## CAREX.

*Masc. amentum* imbricatum cylindricum. *cal.* 1-phyllus.

Fem. *amentum* & *calyx* maris. *nectar.* inflatum 3-dentatum. *stigm.* 3. *sem.* 1, triquetrum, intra nectarium.

*Herba.* (gramen). *inflor.* spiculis alternis: *flosculis* sessilibus solitariis intra squamas amenti singulas.

### * *Spicis androgynis.*

*Leporina.* 1. CAREX ſpicâ compoſitâ, ſpiculis ovatis ſeſſilibus alternis approximatis androgynis nudis. *h. m.* 482.

Gramen cyperoïdes parvum aquaticum. *mag. Bot.* 118.

*Vulpina.* 2. CAREX ſpicâ ſupradecompoſitâ infernè laxiore, ſpiculis androgynis ovatis ſeſſilibus glomeratis, ſupernè maſculis. *h. m.* 482.

*Muricata.* 3. CAREX ſpiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis acutis divergentibus ſpinoſis. *h. m.* 482.

### ** *Spicis ſexu diſtinctis; femineis ſeſſilibus.*

*Flava.* 4. CAREX ſpicis confertis ſubſeſſilibus ſubrotundis, maſculâ lineari, capſulis acutis recurvis. *h. m.* 482.

*Digitata.* 5. CAREX ſpicis linearibus erectis, maſculâ breviore inferioreque, bracteis aphyllis, capſulis diſtantibus. *h. m.* 482.

### *** *Spicis ſexu diſtinctis, femineis pedunculatis.*

*Pſeudo-cyperus.* 6. CAREX ſpicis pendulis, pedunculis geminatis. *h. m.* 482.

Gramen cyperinum nemoroſum. *mag. Bot.* 118.? *hort.* 93?

Gramen ſpicâ ſubnigrâ recurvâ. *Bauh. pin.* 6?

*Limoſa.* 7. CAREX ſpicis ovatis pendulis, maſculâ longiore erectiore, radice repente. *Linn. ſp. pl. ed.* 2ª. 1386.

Cyperoïdes ſpicâ pendulâ breviore, ſquamis è ſpadiceo ſeu fuſco rutilante viridibus. *Scheuz. gram. tab.* 10. *fig.* 13.

HABITAT in pratis *à l'Eſperou*, *à l'Aigual.*

### **** *Spicis ſexu diſtinctis, maſculis pluribus.*

8. CAREX ſpicis maſculis pluribus, femineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis. *h. m.* 483. *Acuta.*
Gramen caryophyllatæ foliis, ſpicâ divulſâ. *mag. Bot.* 117.
Gramen caryophyllatæ foliis, ſpicâ divulſâ, cyperoïdes. *mag. hort.* 93.
β. Gramen latifolium ſpicâ rufâ ſive caule triangulo. *mag. Bot.* 117.
Gramen latifolium ſpicâ rufâ. *mag. hort.* 93.
9. CAREX ſpicis maſculis pluribus, femineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis. *h. m.* 483. *Veſicaria.*
Cyperoïdes polyſtachion ſpicis teretibus erectis. *Tour.* 529.
β. Gramen cyperoïdes ſylvarum tenuius ſpicatum. *Tour.* 529.
HABITAT *à l'Eſperou*, β. *à Lamalou* juxta amnem.

## SPARGANIUM.

Maſc. *cal.* 3-phyllus.
Fem. *cal.* maſculi. *ſtigm.* 2-fidum. *drupa* exſucca, 2-ſperma.
*Herba* immerſa & emerſa. *inflor.* (maſ.) amenta globoſa alterna ſeſſilia, è medio ad apicem pedunculi. (fem.) amenta globoſa alterna ſeſſilia, è medio ad baſin pedunculi.

1. SPARGANIUM foliis erectis triquetris. *h. m.* 480. *Ramoſum.*
*Le ruban d'eau.*
Sparganium ramoſum. *mag. Bot.* 245. *hort.* 188.

## AMARANTHUS.

Maſ. *cal.* 3-phyllus, coloratus.

Fem. *cal.* maris. *ſtyl.* 3. *capſ.* 1 - locul. 1 - ſperma, circumſciſſa.

*Herba. inflor.* aggeſta, incerta, androgyna.

*Tricolor.* 1. AMARANTHUS capitellis ſeu glomerulis triandris ſubrotundis amplexicaulibus, foliis lanceolatis acuminatis. *h. m.* 487.

Amaranthus folio variegato femina. *mag. hort.* 13.

*Melancholicus.* 2. AMARANTHUS glomerulis triandris axillaribus ſeſſilibus, foliis lanceolatis acuminatis. *h. m.* 487.

Amaranthus folio obſcuriore variegato, ſeu mas. *mag. hort.* 13.

*Blitum.* 3. AMARANTHUS floribus triandris glomeratis erectiuſculis, foliis ovatis retuſis. *h. m.* 487.

Blittum album minus. *mag. Bot.* 38.

## TYPHA.

Maſ. *cal.* 3 - phyllus.

Fem. *cal.* capillaris villoſus. *ſem.* 1, pappo capillari inſidens.

*Herba* immerſa & emerſa. *inflor.* amenta geminata cylindrica alterna: maſculo terminali: femineo infra maſculum.

*Latifolia.* 1. TYPHA foliis ſubenſiformibus, ſpicâ maſculâ femineâque approximatis. *h. m.* 480. *La maſſe d'eau, le roſeau.*

Typha paluſtris major. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.

*Anguſtifolia.* 2. TYPHA foliis ſemicylindricis, ſpicâ maſculâ femineâque remotis. *h. m.* 480.

Typha paluſtris media. *mag. Bot.* 272.

Typha paluſtris minor. *mag. hort.* 201.

# *MONŒCIA*
## *TETRANDRIA.*

### URTICA.

Maſ. *cal.* 4-phyllus. *nectar.* centrale cyathiforme.

Fem. *cal.* 2-valvis. *ſem.* 1, nitidum.

*Herba. fol.* oppoſita. *inflor.* (maſ.) pedunculata glomerata axillaris. (fem.) ſeſſilis ſubgeminata axillaris..

1. URTICA foliis oppoſitis, amentis fructiferis globoſis. *h. m.* 484. *L'ortie romaine.* *Pilulifera.*

Urtica urens pilulas ferens. *mag. Bot.* 281. *hort.* 207.

* PHARM. *Urticæ majoris* radix, herba, ſuccus, ſemina. Vis *radicis* deobſtruens, antiauriginoſa, *herbæ*, *ſucci*, adſtringens, antidyſenterica, iſchæma, antihæmoptoïca, antihæmorrhoïdalis; *foliorum* extus ſtimulans. *Folia* in decocto ad man. 1.. *ſuccus* ab unc. II. ad unc. IV.

2. URTICA foliis oppoſitis ovalibus. *h. m.* 484. *L'ortie grieche.* *Urens.*

Urtica urens minor. *mag. Bot.* 282. *hort.* 207.

* PHARM. *Urticæ minoris* herba, ſuccus, ſemina. Vis prioris.

### MORUS.

Maſ. *cal.* 4-partitus.

Fem. *cal.* 4-phyllus. *ſtyl.* 2. *cal.* baccatus. *ſem.* 1.

*Arbor. fol.* ſimplex. *inflor.* (maſ.) ſparſa. (fem.) axillaris glomerato-capitata: pedunculis ternis, quaternis.

*Alba.* 1. MORUS foliis obliquè cordatis lævibus. *h. m.* 485. *Le meurier blanc.*

Morus fructu albo. *mag. Bot.* 178. majori. *hort.* 138.

β. Morus fructu albo minori. *mag. hort.* 138.

## BETULA.

Fem. *cal.* 1-phyllus, sub-3-fidus, 2-florus. *strobilus* cylindricus. *sem.* ovatum membranâ alatâ. Amenta feminea in distincto pedunculo.

*Caul. fol. inflor.* Vide classeos 2æ. Monœc. tetrandriam, (ubi mas.)

*Alnus.* 1. BETULA pedunculis ramosis. *h. m.* 483. *L'aulne.*

Alnus rotundifolia glutinosa viridis. *mag. Bot.* 11. *hort.* 10.

* PHARM. *Alni* cortex, folia, juli, flores. *Vide Monopetalos irregulares, Monœc. tetrandr.*

# *MONŒCIA PENTANDRIA.*

## XANTHIUM.

Femina *cal.* involucrum 2-phyllum, 2-florum. *drupa* sicca muricata 2-fida; *nucleo* 2-loculari.

*Caul. fol.* Vide class. 1æ. ordinem 18um. *inflor.* sessilis laterifolia.

*Strumarium.* 1. XANTHIUM caule inermi, foliis cordato-lobatis, floribus (femineis) aggregatis. *h. m.* 485. *Le petit glouteron.*

Lappa minor, sive xanthium Dioscoridis. *mag. Bot.* 150. *hort.* 208.

* PHARM. *Xanthii* herba, semina. Vide classeos 1æ. ordinem 18um.. *succus* ad unc. VI.. *semina* in substantia ad drach. ss.

2. XANTHIUM spinis tridentatis, foliis subsessilibus hastato-trilobis integerrimis, floribus (femineis) solitariis. *h. m.* 486. *Spinosum.*

Xanthium lusitanicum validissimis aculeis munitum. *mag. hort.* 208. *icon.* 209.

## AMARANTHUS.

Mas. *cal.* 5-phyllus, coloratus.

Fem. *cal.* maris. *styl.* 3. *caps. caul. fol. inflor.* Vide ejusdem classeos ordinem 19um.

4. AMARANTHUS racemis pentandris nutantibus compositis congestis, spiculis conjugatis. *h. m.* 487. *Hybridus.*

5. AMARANTHUS racemis pentandris simplicibus pendulis longissimis. *h. m.* 487. *L'amaranthe.* *Caudatus.*

Amaranthus maximus, paniculâ longâ pendulâ, semine rubello. *mag. hort.* 12.

# *MONŒCIA*

# *OCTANDRIA.*

## MYRIOPHYLLUM.

Mas. *cal.* 4-phyllus.

Fem. *cal.* maris. *pist.* 4. *styl.* 0. *sem.* 4. nuda.

*Herba* immersa. *fol.* verticillata lineari-pinnata immersa.

1. MYRIOPHYLLUM floribus masculis interruptè-spicatis. *h. m.* 489. *Le volant d'eau.* *Spicatum.*

Millefolium aquaticum pennatum spicatum. *mag. Bot.* 178.

Potamogeton foliis pennatis. *mag. hort.* 164.

*Verticillatum.* 2. MYRIOPHYLLUM floribus omnibus verticillatis. *h. m.* 489.

Millefolium aquaticum flosculis ad foliorum nodos. *mag. Bot.* 178.

# MONŒCIA POLYANDRIA.

## CERATOPHYLLUM.

Mas. *cal.* multipartitus. *stam.* 16-20.

Fem. *cal.* maris. *pist.* 1. *styl.* 0. *sem.* 1, nudum.

*Herba*, immersa. *fol.* verticillata, dichotoma, linearis.

*Demersum.* 1. CERATOPHYLLUM. *h. m.* 488. *L'hydre cornu.*

Equisetum ramosum aquis immersum. *mag. Bot. app.* 292.

## THELIGONUM.

Mas. *cal.* 2-fidus: laciniis perpendicularibus revolutis. *stam.* 10-12.

Fem. *cal.* maris. *pist.* 1. *caps.* coriacea 1-sperma.

*Herba*, prostrata. *inflor.* sessilis: masc. subsolitaria, flosculo femineo, folioque opposita: fem. axillaris, solitaria.

Obs. Ex singulari maris & feminæ situ, cuilibet attendenti patet, feminam non ab opposito sibi mare, sed à superiori fæcundari posse.

*Cynocrambe.* 1. THELIGONUM. *h. m.* 489.

Alsine parietariæ foliis. *mag. Bot.* 15.

Cynocrambe Dioscoridis. *mag. char. pl.* 150.

Parietariæ affinis. *mag. hort.* 153.

## QUERCUS.

Mas. *cal.* 5-fidus ferè. *ſtam.* 10-12.
Fem. *cal.* 1-phyllus integerrimus ſcaber. *ſtyl.* 2-5. *ſem.* 1, ovatum.
*Arbor. fol.* ſimplex. *inflor.* maſ. amenta laxa faſciculata. fem. floſculis ſubſolitariis ſeſſilibus.

1. QUERCUS foliis ovato-oblongis indiviſis ſerratiſque ſubtus tomentoſis, cortice integro. *h. m.* 491. *Le chêne verd.* *Ilex.*
Ilex arbor. *mag. Bot.* 141.
Ilex folio oblongo ſerrato. *mag. hort.* 105.
β. Ilex folio rotundiori molli modicè ſinuato, ſive *ſmilax. mag. hort.* 105.
γ. Ilex folio anguſto non ſerrato. *mag. hort.* 105.
δ. Ilex folio agrifolii. *mag. Bot.* 141. *hort.* 105. *Tour.* 583.
2. QUERCUS foliis oblongo-ovatis ſinuato-ſpinoſis ſeſſilibus ſubtus tomentoſis, glandibus pedicellatis. *h. m.* 491. *Gramuntia.*
Ilex arbor foliis rotundioribus & ſpinoſis. *mag. Bot.* 141.
3. QUERCUS foliis ovatis indiviſis ſpinoſo-dentatis utrinque glabris. *h. m.* 491. *Coccifera.*
Ilex aculeata cocciglandifera. *mag. Bot.* 140. *hort.* 105.
β. Ilex media, cocciferæ ilici planè ſuppar, folio aquifolii. *mag. Bot.* 141. *hort.* 105.
* PHARM. *Quercûs cocciferæ* cortex, glandes, cupulæ, folia, kermes, ſyrupus, ſuccus. Vis ſubſequentis... *kermes* vis ſubaſtringens, roborans, analeptica, aphrodiſiaca, abortui præcavendo apta. *Kermes* in ſubſtantia ad grana xv, xx.. *ſyrupus* ad unc. 1.. *confectio* ad drach. 1.
4. QUERCUS foliis deciduis oblongis ſupernè latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *h. m.* 491. *Le chêne.* *Robur.*

Quercus latifolia mas, quæ brevi pediculo. *mag. Bot.* 215. *hort.* 167.

* PHARM. *Quercûs* cortex, glandes, cupulæ, folia. Vis adstringens, antidiarrhoïca, antitertianaria. *Glandes, cupulæ*, in substantia ad drach. I. II.

## FAGUS.

Mas. *cal.* 5-fidus campanulatus. *stam.* 12.

Fem. *cal.* 4-dentatus. *styl.* 3. *caps.* (antea calyx) muricata, 4-valvis, *sem.* 2.

*Arbor. fol.* simplex. *inflor.* mas. amenta bina, terna, interrupta. fem. subsolitaria sessilis.

*Castanea.* 1. FAGUS foliis lanceolatis acuminatis serratis subtus nudis, amentis masculis cylindricis. *h. m.* 492. *Le châtaignier.*

Castanea sativa. *mag. Bot.* 55. *hort.* 46.

Castanea sylvestris. *mag. hort.* 46.

* PHARM. *Castanearum* fructus. Vis flatulenta, demulcens, anticxcoriativa. Datur formâ cocholatæ, decocti lacti miscendi, cataplasmatis.

HABITAT ad lævam in luco gramuntio.

*Sylvatica.* 2. FAGUS foliis ovatis obsoletè serratis, amentis masculis subglobosis. *h. m.* 492. *Le hêtre.*

Fagus Latinorum, oxia Græcorum. *mag. hort.* 76.

* PHARM. *Fagi* fructus, cineres clavellati. Vis temulentans, cephalalgica.

## CORYLUS.

Mas. *cal.* 1-phyllus, 3-fidus squamæformis, 1-florus. *stam.* 8-10.

Fem. *cal.* 2-phyllus, lacerus. *styl.* 2. *nux* ovata.

*Arbor.* ramis virgatis. *fol.* simplex. *inflor.* mas. amenta cylindrica subquaterna..

fem.

Fem. flosculo subsolitario sessili, alterno in gemma ovata.

1. CORYLUS stipulis ovatis obtusis. *h. m.* 493. *Le noisettier.* *Avellana.*

Avellana sylvestris, seu corylus sylvestris. *mag. Bot.* 35.

Corylus sylvestris fructu albo aut rubro. *mag. hort.* 63.

* PHARM. *Avellanæ* oleum. Vis *recentis* olivæ oleo analoga.

## CARPINUS.

Masc. *cal.* 1-phyllus: squama ciliata. *stam.* 10.

Fem. *cal.* maris: squama obtusa. *germ.* 2. *styl.* singulo germini 2. *nux* ovata.

*Arbor. fol.* simplex. *inflor.* mas. amenta cylindrica: flosculis solitariis.. fem. amenta ut in mare: flosculis geminatis.

1. CARPINUS squamis strobilorum planis. *h. m.* 493. *Le charme.* *Betulus.*

Carpinus. *mag. Bot.* 50. *hort.* 45.

# *MONOECIA*

# *MONADELPHIA.*

## CUPRESSUS.

Mas. *cal.* 1-phyllus, integer, submembranaceus. *antheræ* 4 sessiles.

Fem. *cal.* maris. *styl.* ? puncta concava. *nux* angulata.

*Arbor. fol.* imbricata opposita persistens. *inflor.*, mas. amenta teretia terminalia

decidua.. fem. ſtrobili ſparſi ſeſſiles ſubſolitarii.

*Sempervirens.* 1. CUPRESSUS foliis imbricatis, frondibus quadrangulis. *h. m.* 493. *Le cyprès.*

(*Femina*) cupreſſus. *mag. Bot.* 81. ramis in metæ faſtigium cumulatis. *mag. hort.* 65.

(*Mas*) cupreſſus ramis expanſis. *mag. hort.* 65.

* PHARM. *Cupreſſi* cortex, folia, lignum, ſtrobili. Vis adſtringens, febrifuga. Datur in pulvere ad drach. 1.

## PINUS.

Maſ. *cal.* 4-phyllus. *ſtam.* plura.

Fem. *cal.* 1-phyllus rigidus apice craſſior. *piſt.* 1. *nux* alâ membranaceâ excepta.

*Arbor. ſol.* linearis rigida è gemma tubulata prodiens. *inſlor.* maſ. racemi faſciculati terminales.. fem. ſtrobili ſubgloboſi ſeſſiles: floſculis inter ſquamas ſingulas geminatis.

*Sylveſtris.* 1. PINUS foliis geminis, primordialibus ſolitariis glabris. *h. m.* 494. *Le pin ſauvage.*

Pinus ſylveſtris vulgaris genevenſis *mag. hort.* 160.

Pinus maritima altera. *mag. Bot.* 205.

Pinus ſylveſtris altera maritima. *mag. hort.* 160.

* PHARM. *Pini* turiones, reſina, pix, terebenthina communis. Vis antiſcorbutica, diuretica, abſtergens.

*Pinea.* 2. PINUS foliis geminis, primordialibus ſolitariis ciliatis. *h. m.* 494. *Le pin domeſtique.*

Pinus ſativa. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.

* PHARM. *Pini* nuclei mundati. Vis demulcens, aphrodiſiaca, antidyſurica, antitabida.

OBS. Pinus & cupreſſus ſunt polycotyledones.

## CROTON.

Fem. *cal.* polyphyllus. *styl.* 3, 2-fidi. *caps.* 3-locularis. *sem.* 1.

*Caul. fol. inflor.* Vide classeos 8æ. ordinem 26um.

1. CROTON foliis rhombeis repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo. *h. m.* 495. *Le tournesol.* *Tinctorium.*
Heliotropium tricoccum. *mag. Bot.* 126.
Ricinis aliquo modo similis. *mag. hort.* 173.
* PHARM. *Lacmus* succus. Vide classeos 8æ. ordinem 26um.

# *DIŒCIA*

## *DIANDRIA.*

### NAJAS.

Fem. *cal.* 0. *pist.* 1. *caps.* 1-locularis ovata.
*Caul. fol. fulc.* Vide classeos 1æ. ordinem 21um.

1. NAJAS. *h. m.* 500. *La nayade.* *Marina.*

### SALIX.

Mas. *cal.* squama monophylla. *glandula* baseos nectarifera.

Fem. *cal.* maris. *styl.* 2-fidus. *caps.* 1-locularis, 2-valvis. *sem.* papposa.

*Arbor:* ramis virgatis. *fol.* simplex. *inflor.* mas. amenta cylindrica erecta alterna. fem. *inflor.* maris.

#### * *Foliis glabris serratis.*

1. SALIX foliis serratis ovatis acutis glabris: serraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. *h. m.* 500. *L'ozier.* *Vitellina.*

Salix lutea tenuior sativa viminea. *mag. hort.* 177.

*Amygdalina.* 2. SALIX foliis serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapæziformibus. *h. m.* 501.

Salix spontanea fragilis folio auriculato; & non. *mag. hort.* 177.

*Rorismarinifolia.* 3. SALIX foliis integerrimis lanceolato-linearibus sessilibus strictis subtus tomentosis. *h. m.* 502.

*Fragilis.* 4. SALIX foliis serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. *h. m.* 502.

*Helix.* 5. SALIX foliis serratis glabris lanceolato-linearibus: superioribus oppositis obliquis. *Linn. syst. nat.* 1287.

Salix humilis capitulo squamoso. *mag. Bot.* 228. *Tour.* 591.

Habitat juxta amnem à *Lavalette*, *Montferrier.*

## ** *Foliis subserratis villosis.*

*Caprea.* 6. SALIX foliis ovatis rugosis: subtus tomentosis undatis, supernè denticulatis. *h. m.* 501. *Le saule marceau.*

Salix latifolia infernè hirsuta. *mag. Bot.* 228.

β. Salix leucophlæos platyphyllos. *Tour.* 591?

* Pharm. *Salicis capreæ* folia. Vis salicis albæ.

*Viminalis.* 7. SALIX foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. *h. m.* 501.

Salix oblongo incano acuto folio. *mag. Bot. & hort.* 177.

Salix angustis & longissimis foliis subtus albicantibus, crispis. *mag. Bot.* 228.

*Alba.* 8. SALIX foliis lanceolatis acuminatis serratis, utrinque pubescentibus: serraturis infimis glandulosis. *h. m.* 501. *Le saule.*

Salix vulgaris alba arborescens. *mag. hort.* 177.

Salix alba perticalis vulgaris. *mag. Bot.* 228.

* Pharm. *Salicis albæ* folia. Vis antiaphrodisiaca, antiagripnica, ischæma, antidysenterica, antihæmorrhoïdalis.

# *DIOECIA TRIANDRIA.*

## CAREX.

Maſ. *cal.* Vide ejuſdem claſſeos ordinem 19um.

Fem. *cal. nectar. ſtigm. ſem. caul. inflor.* Vide ibid.

*Inflor.* (in utroque ſexu) terminalis ſpicata ſolitaria.

10. CAREX ſpicâ dioïcâ ſimplici. *h. m.* 480. *Dioïca.*
(Maſ.) gramen cuperoïdes minimum ſpicâ ſimplici. *Sheuz. agroſt.* 497. *tab.* 11.
(Femina) gramen cyperoïdes minimum ſpicis minoribus minùs compactis. *mag. Bot.* 117. *hort.* 93. *Scheuz.* 488. *icon.* 5. *tab.* 9.
Gramen cyperoïdes ſpicatum minus. *Bauh. hiſt.* 2. 497.

# *DIOECIA TETRANDRIA.*

## VISCUM.

Maſ. *cal.* 4-partitus : *antheræ* abſque filamentis.

Fem. *cal.* 4-phyllus ſuperus. *ſtyl.* o. *bacc.* 1-ſperma. *ſem.* cordatum.

*Suffrutex*, paraſiticus articulato-dichotomus. *fol.* oppoſita ſubcarnoſa.

1. VISCUM foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *h. m.* 502. *Le guy de chêne.* *Album.*

* PHARM. *Visci* lignum, fructus. Vis antiſpaſmodica, antiepileptica, antivertiginoſa, antiparalytica, antidyſenterica. *Lignum pulveratum* ad drach. 2.. *infuſum* ad unc. ß. in vini albi, aquæ unciis 6.

## MORUS.

Maſ. *cal.* Fem. *cal.* *ſtyl.* *ſem.* *caul.* *fol.* *inflor.* Vide ejuſdem claſſeos ordinem 20um.

*Nigra.* 2. MORUS foliis cordatis ſcabris. *h. m.* 485. *Le meurier noir.*

Morus fructu nigro. *mag. Bot.* 178. *hort.* 138.

* PHARM. *Mori nigræ* rob, ſyrupus ſimplex & compoſitus. Intus vis refrigerans, adſtringens, gargariſmica, antianginoſa, febribus ſitique adverſa.

## URTICA.

Maſ. *cal.* *nectar.* fem. *cal.* *ſem.* *caul.* *fol.* Vide ejuſdem claſſeos ordinem 20um. *inflor.* racemoſa axillaris.

*Dioïca.* 3. URTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *h. m.* 484. *L'ortie ordinaire.*

Urtica urens maxima. *mag. Bot.* 281.

Urtica major vulgaris. *mag. hort.* 207.

* PHARM. *Urticæ majoris* radix herba, ſuccus. Vis aliarum ſpecierum.

## RHAMNUS.

Maſ. *cal.* 4-fidus. ſquamæ ſtamina munientes 4. (corolla?)

Fem. *cal.* maris. *bacc.* 4-ſperma.

*Caul.* *fol.* *inflor.* Vide claſſeos ejuſdem ordines 6. 7. 8.

*Catharticus.* 4. RHAMNUS ſpinis terminalibus, floribus quadrifidis dioïcis. *h. m.* 112. *Le nerprun.*

(Major) rhamnus floribus dioïcis, corollarum (*calycum*) laciniis tubo longioribus. *Gerard. gallopr.* 461. *mag. Bot.* 222. *hort.* 172.

β. (Minor) rhamnus floribus dioïcis, corollarum (*calycum*) laciniis longitudine tubi. *Gerard. gallop.* 462.

Lycium gallicum. *mag. Bot.* 172.

Rhamnus catharticus minor. *mag. hort.* 172.

* Pharm. *Spinæ cervinæ*, ſeu *rhamni cathartici* ſyrupus, baccæ. Vis purgans, hydragoga, anticachectica, antihydropica. *Syrupus* ad unc. 1.

# *DIOECIA*

## *PENTANDRIA.*

### CANNABIS.

Maſ. *cal.* 5-partitus.

Fem. *cal.* 1-phyllus, latere hians. *ſtyl.* 2. *nux* 2-valvis intra calycem clauſum.

*Herba. fol.* digitata oppoſita. *inflor.* maſ. racemoſa terminalis. fem. axillaris glomerata ſeſſilis.

1. CANNABIS. *h. m.* 504. *Le chanvre.* *Sativa.*
Cannabis maſ. *mag. Bot.* 47. *hort.* 40.
Cannabis femina. *mag. Bot.* 48. *hort.* 41.
* Pharm. *Cannabis* folia, ſemina. Vis narcotica, antiauriginoſa, antiaphrodiſiaca, antigonorrhoïca, temulentans, cautè uſurpanda.

### RHAMNUS.

*Cal. caul. fol. bacc.* Vide ſuprà *Pentand. monogyn.*

5. RHAMNUS inermis, floribus dioïcis, foliis duplicato-crenatis. *Linn. ſp. ed.* 2ª. 280. *Alpinus.*

Frangula rugosiore & ampliore folio. *Tour.* 612.
HABITAT *à Meyrueis*, circa amnem, *& au bois de l'Aigual.*

## HUMULUS.

Mas. *cal.* 5-phyllus.
Fem. *cal.* 1-phyllus, obliquè patens. *styl.* 2. *sem.* 1, intra calycem planum.
*Herba*, sinistrorsum volubilis, scabra. *fol.* opposita. *fulc.* stipulæ oppositæ interfoliaceæ.

*Lupulus.* 1. HUMULUS. *h. m.* 505. *Le houblon.*
Lupulus mas & femina. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.
* PHARM. *Lupuli* folia, coni, succus. Vis stomachica, aperiens, diuretica, splenica, tonica, temulentans.

## PISTACIA.

Mas. *cal.* 5-fidus.
Fem. *cal.* 3-fidus. *styl.* 3. drupa 1-sperma sicca.
*Arbor. fol.* composita. *inflor.* mas. amenta axillaria subbinata ramosa. fem. paniculæ ramosæ sparsæ.

*Narbonensis.* 1. PISTACIA foliis ternatis pinnatisque suborbiculatis. *h. m.* 503.
Terebinthus major pistaciæ folio. *mag. Bot.* 249. *hort.* 192.

*Terebinthus.* 2. PISTACIA foliis impari-pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis. *h. m.* 502. *Le therebinte.*
Terebinthus vulgaris. *mag. Bot.* 248. *hort.* 192.
* PHARM. *Terebinthi* cortex, folia, terebinthina cypria, oleum, spiritus. Vis *corticis*, *foliorum* adstringens, antidiarrhoïca, *terebinthinæ* resolvens, abstergens, vulneraria, diuretica, ecco-

protica, antiphtyſica, antiulceroſa, antigonorrhoïca; *olei*, *ſpiritûs* antiiſchurica. Terebinthina datur intus à drach. ſſ. ad drach. 1, ſſ... *oleum*, *ſpiritus* à gutt. xx ad xxx.

3. PISTACIA foliis abruptè-pinnatis. *h. m.* 503. *Le lentiſque.* *Lentiſcus.*

Lentiſcus vulgaris. *mag. Bot.* 153. *hort.* 114.

* PHARM. *Lentiſci* lignum, maſtix. Vis *ligni* adſtringens, gingivalis, *maſticis* corroborans, ſtomachica, maſticatoria, ſuffumigatoria, cachexiæ ſeroſæ adverſa, anticatarrhalis, antiodontalgica, antiemetica, antidiarrhoïca. *Maſtix* datur intus à gran. xv. ad xx.

## SPINACIA.

Maſ. *cal.* 5-partitus.

Fem. *cal.* 4-fidus. *ſtyl.* 4. *ſem.* 1, intra calycem induratum.

*Herba. fol.* alterna ſimplex. *inflor.* ſparſa.

1. SPINACIA. *h. m.* 504. *Les épinars.* *Oleracea.*

Spinacia capſula ſeminis aculeata, ſive mas. *mag. hort.* 188.

Spinacia capſula ſeminis non aculeata, ſive femina. *mag. hort.* 188.

* PHARM. *Spinaciæ* herba, ſemina. Vis humectans, refrigerans, emolliens, eccoprotica.

# *DIOECIA*

# *HEXANDRIA.*

## TAMUS.

Maſ. *cal.* 6-partitus.

Fem. *cal.* maris. *ſtyl.* 3-fidus. *bacc.* 3-locularis infera. *ſem.* 2.

*Herba*, sinistrorsum volubilis, sarmentosa. *inflor.* racemosa.

*Racemosa.* 1. TAMUS. *h. m.* 505. *Le sceau de la Vierge.*
Bryonia lævis, sive nigra racemosa. *mag. Bot.* 39.
Tamus racemosa flore minore luteo pallescente. *mag. hort.* 190.
HABITAT in descensu montis *Capouladou*; in sylvulis *à Meurviel*, & *au mont St. Loup.*

## SMILAX.

Mas. *cal.* 6-phyllus.
Fem. *cal.* maris. *styl.* 3. *bacc.* 3-locularis. *sem.* 1.
*Fruticulus* rigidus, infracto-flexuosus. *inflor.* racemosa. *fulc.* cirrhi gemini petiolares divergentes, antrorsum retrorsumque volubiles.

*Aspera.* 1. SMILAX caule aculeato angulato, foliis dentato-aculeatis cordatis novemnerviis. *h. m.* 505.
Smilax aspera rutilo fructu. *mag. Bot.* 242.
Smilax aspera fructu rubente. *mag. hort.* 186.

# DIOECIA

# OCTANDRIA.

## POPULUS.

Mas. *cal.* monophyllus planus lacerus: *nectar.* obliquum turbinatum integrum. (corolla?)
Fem. *cal.* & *nectar.* maris. *stigma* quadrifidum. *caps.* 2-locularis. *sem.* multa papposa.

*Arbor. fol.* ſimplex alterna nutans : petiolis à baſi ad medium teretibus ; è medio ad apicem compreſſis.. inde motus tremulus.

1. POPULUS foliis ſubrotundis dentato - angulatis. *h. m.* 506. *Le peuplier blanc, l'aube.* *Alba.*
Populus alba. *mag. Bot.* 212.
Populus alba majoribus foliis. *mag. hort.* 163.
β. Populus alba minoribus foliis. *mag. hort.* 163.
2. POPULUS foliis deltoïdibus acuminatis ſerratis. *h. m.* 506. *Le peuplier noir.* *Nigra.*
Populus nigra. *mag. Bot.* 212. *hort.* 163.
* PHARM. *Populi* oculi (gemmæ rectius) tinctura, populeum, folia. Vis *gemmæ*, *populei*, obtundens, emolliens, ſoporifera, antihæmorrhoïdalis, ambuſtis adverſa ; *tincturæ* antidiarrhoïca, antidyſenterica, ulceribus internis adverſa ; *foliorum* antiarthritica. Doſis *tincturæ* ad drach. ſſ. aut drach. 1.

# DIOECIA

## ENNEANDRIA.

### MERCURIALIS.

Maſ. *cal.* 3-partitus. *ſtam.* 9-12. *antheræ* globoſæ didymæ.

Fem. *cal.* maris. *ſtyl.* 2. *capſ.* 2-cocca, 2-locularis, 2-ſperma.

*Herba & fruticulus. fol.* oppoſita. *inflor.* mas, glomerato-ſpicata axillaris oppoſita. fem. ſeſſilis ſubgeminata oppoſita.

NOTA. Singularis Botanicorum antiquorum error, qui plantas maſculas pro femineis habuerant, & vice verſâ.

1. MERCURIALIS caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *h. m.* 507. *Perennis.*

Mercurialis montana ſpicata, ſeu femina. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

Mercurialis montana teſticulata, ſeu mas. *mag. hort.* 135.

*Annua.* 2. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris. *h. m.* 507. *La mercurielle.*

Mercurialis teſticulata, ſeu mas. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

Mercurialis ſpicata, ſeu femina. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

* PHARM. *Mercurialis* herba, mel, ſyrupus. Vis eccoprotica, emolliens? aperiens? antihydropica? anticachectica? antiaurigino ſa? antiſterilitica?

*Tomentoſa.* 3. MERCURIALIS caule ſuffruticoſo, foliis tomentoſis ſeſſilibus integerrimis. *h. m.* 507.

Phyllon teſticulatum. *mag. Bot.* 203.

Mercurialis fruticoſa incana teſticulata. *mag. hort.* 135.

Phyllon ſpicatum. *mag. Bot.* 203.

Mercurialis fruticoſa incana ſpicata. *mag. hort.* 135.

# *DIOECIA*

# *MONADELPHIA.*

## JUNIPERUS.

Maſ. *cal.* 1-phyllus. *ſtam.* 3. *caul. fol.* Vide claſſeos 5æ. ordinem 9um. *inflor.* amenta: ſquamis trifloris: floſculis verticillato-ternis, ſubterniſque ordinibus.

*Oxycedrus.* 1. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mucronatis, baccâ brevioribus. *h. m.* 509.

Juniperus major baccâ rufeſcente. *mag. Bot.* 228. *hort.* 107.

*Phœnicea.* 2. JUNIPERUS foliis ternis oblitteratis imbricatis obtuſis. *h. m.* 509. *Le cedre.*

Sabina major Monſpelienſium. *mag. Bot.* 228.

Juniperus folio cupressi major, fructu flavescente. *mag. hort.* 107.

* Pharm. *Sandaraca resina.* Vis... Vide classeos 5æ. ordinem 9um. *ubi femina.*

3. JUNIPERUS foliis ternis undique imbricatis ovatis obtusis. *h. m.* 509. *Lycia.*

4. JUNIPERUS foliis oppositis erectis decurrentibus, oppositionibus pyxidatis. *h. m.* 509. *La sabine.* *Sabina.*

* Pharm. *Sabinæ* herba, aqua stillatitia, oleum stillatitium. Vis... Vide classeos 5æ. ordinem 9um.. *ubi femina.*

5. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mucronatis baccâ longioribus. *h. m.* 509. *Le genevrier.* *Communis.*

Juniperus vulgaris fruticosa. *mag. Bot.* 145. *hort.* 107.

* Pharm. *Juniperi* lignum, baccæ, oleum empyreumaticum, oleum essentiale, aqua stillatitia, extractum. Vis... Vide classeos 5æ. ordinem 9um. *ubi femina.*

## EPHEDRA.

Mas. *cal.* 2-fidus. *stam.* 7. *antheræ* 4 inferiores, 3 superiores.

Fem. *cal.* 2-fidus, quintuplex. *pist.* 2. *sem.* 2, calyce baccato tecta.

*Fruticulus* articulatus, nudus, rigidus. *fol.* 0. *inflor.* amenta axillaria. *fulc.* stipulæ vaginantes tubulatæ, è quarum axillis inflorescentia prodit.

1. EPHEDRA pedunculis oppositis, amentis geminis. *h. m.* 510. *Le raisin de mer.* *Distachia.*

Polygonum bacciferum maritimum minus. *mag. Bot.* 208.

Uva marina Monspeliensium. *mag. hort.* 207.

# *MONOECIA SYNGENESIA.*

## RUSCUS.

Masc. *cal.* 6-phyllus. *nectar.* centrale ovatum apice perforatum.

Fem. *cal.* & *nectar.* maris. *styl.* 1. *bacc.* 3-locularis, 2-sperma.

*Frutex. fol.* terna, apice spinosa, persistens, obliqua. *inflor.* epiphylla solitaria subsessilis.

*Aculeatus.* 1. RUSCUS foliis suprafloriferis nudis. *h. m.* 511. *Le houx frelon.*

Ruscus. *mag. Bot.* 226.

Ruscus myrtifolius aculeatus. *mag. hort.* 175.

* PHARM. *Rusci* radix, folia. Vis corroborans, incidens, diuretica, antihydropica, antiaurigginosa, emmenagoga, antichlorotica. *Radix* ab unc. ß. ad unc. 1.

# *POLYGAMIA MONŒCIA.*

## CELTIS.

Hermaph. *cal.* 5-partitus. *stam.* 5. *styl.* 2. *drupa*, 1-sperma.

Masc. *cal.* 6-partitus. *stam.* 6. *styli* rudimentum.

*Arbor. fol.* alterna simplex. *inflor.* petiolo unifloro axillari.

1. CELTIS foliis obliquè ovatis ferratis acuminatis. *h. m.* 512. *Le micocoulier.* *Australis.*
Lotus arbor. *mag. Bot.* 167. *hort.* 122.

## CORIARIA.

Hermaph. *cal.* 5-phyllus. *ſtam.* 6-10. *antheræ* 2-partitæ. *ſtyl.* 5. *ſem.* 5. petalis ſucculentis baccatis tecta.

Maſ. *cal. ſtam. antheræ* hermaphroditi.

*Frutex* tetragonus; ramis oppoſitis. *inſlor.* racemoſa: racemis oppoſitis ſubternatis: intermedio rameo, terminali, hermaphrodito: lateralibus ſeſſilibus, maſculis. *fulc.* ſquama ad baſin ſinguli pedicelli.

1. CORIARIA foliis ovato-oblongis trinerviis. *h. m.* 508. *Myrtifolia.*
Rhus myrtifolia Monſpelienſium. *mag. Bot.* 222. *hort.* 172.
Obs. Variat racemis omnibus, hermaphroditis, aut maſculis.

## HOLCUS.

Maſ... *cal.* gluma uniflora, 2-valvis. *ſtam.* 3.

*Herba* (gramen). *inſlor.* Vide claſſeos 3ᵃ. ordinem 3um. *ubi hermaph.*

1. HOLCUS glumis glabris, floribus hermaphroditis muticis, femineo ariſtato. *h. m.* 513. *Halepenſis.*
2. HOLCUS glumis villoſis bifloris, hermaphrodito mutico maſculo, ariſtâ recurvâ. *h. m.* 513. *Lanatus.*
Gramen paniculatum pratenſe molle. *mag. Bot.* 112.
3. HOLCUS glumis trifloris muticis glabris, hermaphrodito diandro. *h. m.* 513. *Odoratus.*

*Mollis.* 4. HOLCUS glumis bifloris nudiusculis, hermaphrodito mutico, masculo aristâ geniculatâ. *h. m.* 514.

## PARIETARIA.

Hermaph. *cal.* 2-phyllus. *stam.* 4, tactu sensibilia. *styl.* 1. *sem.* 1, superum, elongatum.

Fem. *cal. styl. sem.* ut in hermaphrodito.

*Herba. fol.* hispida, simplex. *inflor.* glomerata axillaris.

*Officinalis.* 1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *h. m.* 516. *La pariétaire.*

Parietaria officinarum & Dioscoridis. *mag. Bot.* 199. *hort.* 153.

* PHARM. *Parietariæ* herba. Vis emolliens, obtundens, diuretica, antiischurica, antidysurica, antinephralgica, antihydropica, anticalculosa, bechica.

## ATRIPLEX.

Hermaph. *cal.* 5-phyllus. *stam.* 5. *styl.* 2-partitus. *sem.* 1, depressum.

Fem. *cal.* 2-phyllus. *styl.* & *sem.* ut in hermaphrodito.

*Fruticulus* & *herba. fol.* simplex. *inflor.* glomerato-spicata.

*Portulacoïdes.* 1. ATRIPLEX caule fruticoso, foliis obovatis. *h. m.* 517.

Halimus seu portulaca marina. *mag. Bot.* 124.

Atriplex maritima angustissimo folio. *mag. hort.* 28.

*Hortensis.* 2. ATRIPLEX caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. *h. m.* 517. *L'arroche, bonne-Dame.*

Atriplex hortensis alba, seu pallidè virens. *mag. hort.* 28.

* PHARM.

* PHARM. *Atriplicis sativæ* herba, semina. Vis *herbæ*, eadem ac chenopodii rubri, & boni Henrici. . *seminum* purgans, emetica, antirachitica.

3. ATRIPLEX caule herbaceo, foliis deltoïdeo-lanceolatis, obtusè dentatis, subtus argenteis. *h. m.* 517. *Laciniata.*

Atriplex maritima laciniata. *mag. Bot.* 35.

4. ATRIPLEX caule herbaceo, valvulis femineis magnis deltoïdibus sinuatis. *h. m.* 517. *Hastata.*

Atriplex sylvestris folio hastato, seu deltoïdeo. *mag. Bot.* 34. *hort.* 28.

Atriplex monspessulana cum pulchris involucris. *mag. Bot.* 35? *hort.* 28?

5. ATRIPLEX caule herbaceo patulo, foliis subdeltoïdeo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. *h. m.* 518. *Patula.*

Atriplex oblongo angusto folio. *mag. Bot.* 35. *hort.* 28.

Atriplex monspessulana cum pulchris involucris. *mag. Bot.* 35. *hort.* 28.

NOTA. Synonymia 2ª. *Magnolii* ad hanc potiùs pertinere videtur, quàm ad superiorem speciem.

# *POLYGAMIA*

## *DIŒCIA.*

### RHAMNUS.

Hermaph. *cal.* 5-fidus. *stam.* 5. *stygm.* 3-fidum. *bacc.* 3-sperma.

Mas. *cal. stam.* hermaphroditi.

*Caul. fol. inflor.* Vide ejusdem classeos ordines 6, 7, 8, 25.

5. RHAMNUS spinis geminis deciduis, foliis lanceolatis serrato-spinosis. *L'alaterne.* *Alaternus.*

Phylica elatior. *mag. Bot.* 203.

Alaternus. *mag. hort.* 7.

β. Alaternus, sive phylica humilior. *mag. hort.* 8. *mag. Bot.* 203.

γ. Alaternus monspeliensis foliis profundè incisis. *mag. hort.* 8.

HABITAT ubique circa Monspelium. γ, frequens in saxosis *à Villeneuve*, *Miraval*, *Frontignan*.

## FRAXINUS.

Hermaph. *cal.* 4-partitus. *stam.* 2. *pist.* 1. *sem.* 1, lanceolatum.

Fem. *cal. pist.* & *sem.* hermaphroditi.

*Arbor. fol.* opposita pinnata : rachi supernè sulcata. *inflor.* racemosa, primordialis.

*Excelsior.* 1. FRAXINUS foliolis serratis, floribus apetalis. *h. m.* 520. *Le frêne.*

Fraxinus. *mag. Bot.* 99. vulgatior. *hort.* 81.

* PHARM. *Fraxini* lignum, cortex, aqua, folia, semina. Vis *ligni*, *corticis*, *foliorum*, adstringens, antihæmorrhagica, febrifuga ; *seminum.*

# *POLYGAMIA*

## *TRIŒCIA.*

## OSYRIS.

Hermaphr. *cal.* 3-fidus : squamæ 3, singulæ inter singulam calycis laciniam. *stam.* 3, calyci inserta. *styl.* 1. *bacc.* 1-sperma.

Mas. *cal.* & *stam.* hermaphroditi.

Fem. *cal. styl.* & *bacca* hermaphroditi.

*Frutex*, ramis virgatis angulatis. *fol.* integerrima alterna sessilis.

*Alba.* 1. OSYRIS. *h. m.* 502.


Casia poëtica Monspeliensium. *mag. Bot.* 54.

## FICUS.

Mas. *cal.* 5-partitus. *stam.* 3.
Fem. *cal.* 3-partitus. *pist.* 1. *sem.* 1.
*Arbor. inflor.* aggregata in calyce turbinato communi fructiformi sparso subsolitario sessili : ore minimo patulo, squamis imbricatis tecto.

OBS. Tricecia consistit in arboribus hermaphroditis, aliis masculiferis, & aliis androgynis : calycibus nempe basi feminiferis, apice verò masculiferis.

1. FICUS foliis palmatis. *h. m.* 521. *Le figuier.* *Communis.*
Ficus communis. *mag. Bot.* 97. *hort.* 77.
β. Caprificus. *mag. Bot.* 97.
Ficus sylvestris. *mag. hort.* 76.
* PHARM. *Caricæ pingues.* Vis nutriens, obtundens, lubricans, impinguans, hepatica, diuretica, antitussiculosa, buboni, furunculo adversa. Dantur intus n°. VI decocta in aquæ pinta.



# *Classis XVIIa.*

# CRYPTANTHEMI.

## *FILICES.*

EQUISETUM.
OPHIOGLOSSUM.
OSMUNDA.
ACROSTICHUM.
PTERIS.
ASPLENIUM.
POLYPODIUM.
ADIANTUM.
MARSILEA.

## *MUSCI.*

LYCOPODIUM.
SPHAGNUM.
FONTINALIS.
POLYTRICHUM.
MNIUM.
BRYUM.
HYPNUM.

## *ALGÆ.*

JUNGERMANNIA.
MARCHANTIA.
TARGIONIA.
LICHEN.
CHARA.
TREMELLA.
FUCUS.

ULVA.

CONFERVA.

## *FUNGI.*

AGARICUS.

BOLETUS.

PHALLUS.

CLATHRUS.

CLAVARIA.

PEZIZA.

LYCOPERDON.

MUCOR.



# CRYPTANTHEMI.

## *F I L I C E S.*

### EQUISETUM.

*Caul.* articulata. *fol.* verticillata articulata. *inflor.* terminalis ſpicata : floſculis peltatis verticillatis ; polline viridi.

*Arvenſe.* 1. EQUISETUM ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. *h. m.* 522. *La queue de cheval.*
Equiſetum arvenſe longioribus ſetis. *mag. Bot.* 89, *hort.* 73.
* PHARM. *Equiſeti* herba. Vis adſtringens ! antidiarrhoïca antidyſenterica, antihæmorrhoïca, iſchæma, antihæmaturica ! antimenorrhagica. *Pulvis* ad drach. I.. *ſuccus* ad unc. II.. *aqua ſtillatitia* ad cochlear. III.. *herba* ad man. I, in aquæ lib. IV.

*Paluſtre.* 2. EQUISETUM caule angulato, frondibus ſimplicibus. *h. m.* 522.

*Fluviatile.* 3. EQUISETUM caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. *h. m.* 522.
Equiſetum majus aquaticum. *mag. Bot.* 89. *La prêle.*
Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. *mag. hort.* 72.
OBS. Ad altitudinem cubitalem excreſcit in pratis, *à Montferrier, Lattes.*

*Hyemale.* 4. EQUISETUM caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. *h. m.* 522.
Equiſetum foliis nudum non ramoſum. *pin.* 116. *mag. hort.* 73.

### OPHIOGLOSSUM.

*Fol.* frondoſa petiolata integerrima. *inflor.* ſpicata pedunculata è baſi fron-

dis, articulata: articulis diſtichis tranſverſim dehiſcentibus.

1. OPHIOGLOSSUM fronde ovatâ. *h. m.* 523. *La langue de ſerpent. mag. Bot.* 191. *hort.* 148. *Vulgatum.*

## OSMUNDA.

*Fol.* petiolata pinnatifida, vel bipinnata, *inflor.* ſpicata, fructificationibus globoſis; vel ſeſſilis frondis diſcum tegens.

### * *Scapis inſidentibus cauli, ad baſin frondis.*

1. OSMUNDA ſpicâ caulinâ ſolitariâ, fronde pinnatifidâ ſolitariâ. *h. m.* 523. *Lunaria.*
Lunaria racemoſa minor vel vulgaris. *mag. hort.* 123.

### ** *Fronde ipſâ fructificationes ferente.*

2. OSMUNDA fronde bipinnatâ apice racemiferâ. *Linn. ſiſt.* 1319. *La fougere fleurie.* *Regalis.*
Oſmunda vulgaris & paluſtris. *Tour.* 547.
* Pharm. *Filicis floridæ* radix. Vis polypodii, filicis maris, filicis feminæ.
Habitat *à Lamalou.* Frondes altiſſimæ bicubitales.

### *** *Frondibus aliis fructificantibus, aliis foliaceis.*

3. OSMUNDA frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *h. m.* 523. *Spicans.*
Lonchitis altera polypodii folio. *Bauh. hiſt.* 3. 744.

## ACROSTICHUM.

*Fol.* frondoſa petiolata, ſimplex vel com-

posita. *inflor.* sessilis : fructificationibus discum totum frondis tegentibus.

** Fronde simplici divisâ.*

*Septentrionale.* 1. ACROSTICHUM fronde nudâ lineari laciniatâ. *h. m.* 524.

*** Fronde subbipinnatâ.*

*Thelypteris.* 2. ACROSTICHUM fronde pinnatâ, pinnis pinnatifidis integerrimis. *h. m.* 524.

**** Fronde bipinnatâ.*

*Pulchrum.* 3. ACROSTICHUM fronde bipinnatâ, pinnulis indivisis. *h. m.* 525.
Adiantum pulcherrimum. *Bauh. hist.* 3. 742.

## PTERIS.

*Fol.* frondosa, petiolata, decomposita. *inflor.* sessilis : fructificationibus in lineis marginalibus.

*Aquilina.* 1. PTERIS fronde supradecompositâ : foliolis pinnatis : pinnis lanceolatis : infimis pinnatifidis : superioribus minoribus. *h. m.* 525.
Filix major ramosa, pinnulis obtusis non dentatis. *mag. Bot.* 98. *hort.* 78.

## ASPLENIUM.

*Fol.* frondosa, petiolata simplex vel composita. *inflor.* sessilis : fructificationibus in lineolis disci frondis sparsis.

** Fronde simplici.*

*Scolopendrium.* 1. ASPLENIUM frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. *h. m.* 525.
*La scolopendre.*

Lingua cervina officinarum. *mag. Bot.* 159. *hort.* 121.

* PHARM. *Scolopendræ* herba. Vis adstringens, exsiccans, tonica, deobstruens, diuretica. Datur ad drach. I. II. exsiccata & decocta.

## ** *Fronde pinnatifidâ.*

2. ASPLENIUM frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus. *h. m.* 526. *L'herbe dorée.* *Ceterach.*

Ceterach officinarum. *mag. Bot.* 58.

Asplenium sive ceterach. *mag. hort.* 34.

* PHARM. *Ceterach* herba. Vis tonica, splenica, deobstruens, expectorans, antiasthmatica, antihydropica. Dosis scolopendræ.

## *** *Fronde pinnatâ.*

3. ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. *h. m.* 526. *Le politric.* *Trichomanes.*

Trichomanes seu polytrichum officinarum. *mag. Bot.* 212. *hort.* 163.

* PHARM. *Trichomanis* herba. Vis subastringens, thoracica, splenica.

## **** *Fronde decompositâ.*

4. ASPLENIUM frondibus duplicato-pinnatis: pinnis obovatis supernè crenatis: foliolis inferioribus majoribus. *h. m.* 526. Adiantum *nigrum.*

Adiantum nigrum. *mag. Bot.* 5. *hort.* 6.

* PHARM. *Adianti nigri* herba. Vis adianti capilli Veneris, &c.

5. ASPLENIUM frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *h. m.* 526. *Ruta muraria.*

Ruta muraria. *mag. Bot.* 227.

Adiantum album tabernæ. *mag. hort.* 6.

* PHARM. *Rutæ murariæ* herba. Vis tonica, thoracica, antiphtysica.

6. ASPLENIUM frondibus tripinnatis: foliolis alternis, pinnis lanceolatis inciso-serratis. *h. m.* 527. *Onopteris.*

# POLYPODIUM.

*Fol.* frondoſa petiolata, ſimplex vel compoſita. *inflor.* ſeſſilis: fructificationibus in punctis ſubrotundis ſparſis per diſcum frondis. Operculum reniforme peltatum planum cuilibet fructificationis puncto ſuperimpoſitum.

* *Fronde pinnatifidâ, lobis coadunatis.*

*Vulgare.* 1. POLYPODIUM frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamatâ. *h. m.* 527. *Le polypode.*

Polypodium vulgare. *mag. Bot.* 211. *hort.* 163.

* PHARM. *Polypodii* radix. Vis incidens, eccoprotica, edulcorans, thoracica, antimelancholica, antihypochondriaca. *Radix* ab unc. I. ad unc. II.

*Cambricum.* 2. POLYPODIUM frondibus pinnatifidis: pinnulis lanceolatis lacero-pinnatifidis ſerratis. *h. m.* 527.

Polypodium cambrobritannicum, pinnulis ad margines laciniatis. *mag. hort.* 163.

** *Fronde pinnatâ ſimpliciter.*

*Lonchitis.* 3. POLYPODIUM fronde pinnatâ, pinnis lunulatis ciliato-ſerratis declinatis, petiolis ſtrigoſis. *h. m.* 527.

*Fontanum.* 4. POLYPODIUM fronde ſubpinnatâ lanceolatâ: foliolis ſubrotundis, ſtipite lævi. *Linn. ſiſt.* 1326.

Adiantum album filicis folio. *mag. hort.* 6.

HABITAT in rupibus humentibus, *à Monpeyroux, S. Guilhen le déſert.*

*Phegopteris.* 5. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis, foliolis infimis reflexis, paribus, pinnulâ quadrangulari coadunatis. *h. m.* 528.

*Filix mas.* 6. POLYPODIUM fronde bipinnatâ, pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. *h. m.* 528. *La fougere mâle.*

Filix mas non ramoſa dentata. *mag. hort.* 78.

* Pharm. *Filicis maris* radix. Vis tonica! anthelmintica, deobſtruens, antimelancholica, antirachitica, antipodagrica. Datur ad unc. I. in aquæ pintâ, decocta.

7. POLYPODIUM fronde bipinnatâ, pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *h. m.* 528. *La fougere femelle.* *Filix femina.*

* Pharm. *Filicis feminæ* radix. Vis prioris.

8. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis, foliolis ovato-oblongis, pinnis obtuſiuſculis apice argutè ſerratis. *h. m.* 528. *Criſtatum.*

9. POLYPODIUM fronde bipinnatâ, pinnis lunulatis dentatis, ſtipite ſtrigoſo. *h. m.* 528. *Aculeatum.*

Filix mas aculeata major. *mag. hort.* 78.

10. POLYPODIUM fronde bipinnatâ, foliolis pinniſque remotis lanceolatis, ſerraturis acuminatis. *h. m.* 528. *Rhæticum.*

11. POLYPODIUM fronde bipinnatâ, foliolis remotis, pinnis ſubrotundis inciſis. *h. m.* 528. *Fragile.*

### *** *Fronde ſupradecompoſitâ.*

12. POLYPODIUM fronde ſupradecompoſitâ, foliolis ternis bipinnatis. *h. m.* 529. *Dryopteris.*

## ADIANTUM.

*Fol.* frondoſa, petiolata. *inflor.* ſeſſilis: fructificationibus in margine replicato frondis.

1. ADIANTUM frondibus decompoſitis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. *h. m.* 529. *Le capillaire.* *Capillus Veneris.*

Adiantum foliis coriandri. *mag. Bot.* 4. *hort.* 5.

* Pharm. *Capilli Veneris* herba. Vis diuretica, ſudorifera, hepatica.

## MARSILEA.

*Rad.* filamentofa perpendicularis immerfa. *fol.* natans oppofita frondofa, integerrima. *inflor.* maf. feffilis conferta fepiphylla. fem. folitaria radicibus involuta.

*Natans.* 1. MARSILEA foliis oppofitis fimplicibus. *h. m.* 529.
Lenticula paluftris latifolia punctata. *mag. Bot. app.* 301. *hort.* 114.

# *MUSCI*

## LYCOPODIUM.

*Anthera* bivalvis feffilis : *calyptra*, o. *Herba*, ramofa. *fol.* imbricata. *inflor.* fpicata, vel axillaris folitaria.

*Clavatum.* 1. LYCOPODIUM foliis fparfis filamentofis, fpicis teretibus pedunculatis geminis. *h. m.* 530.
* PHARM. *Mufci clavati* herba, farina (*rectiùs pollen*). Vis antieclamptica, antitrichomatica.

*Alpinum.* 2. LYCOPODIUM foliis quadrifariàm imbricatis acutis, furculis erectis dichotomis, fpicis feffilibus teretibus. *h. m.* 530.

*Denticulatum.* 3. LYCOPODIUM foliis bifariis, fuperficialibus imbricatis, furculis repentibus, floribus fparfis. *h. m.* 530.
Mufcus denticulatus minor. *mag. Bot.* 178. *hort.* 138.

## SPHAGNUM.

*Anthera* operculata : ore lævi : *calyptra*, o.

*Herba* ramosa immersa. *inflor.* ramea terminalis.

1. SPHAGNUM ramis deflexis. *h. m.* 530. *Palustre.*
Muscus squamosus palustris candicans mollissimus. *Tour.* 554.

## FONTINALIS.

*Anthera* operculata : *calyptra* sessilis, perichætio imbricato inclusa.

*Herba* ramosa immersa. *inflor.* axillaris sessilis.

1. FONTINALIS foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. *h. m.* 530. *Antipyretica.*
Muscus squamosus foliis acutissimis in aquis nascens. *Tour.* 554.
Muscus saxatilis repens comâ sparsâ. *Bauh. pin.* 62.
Muscus aquaticus folio expanso. *Bauh. prodr.* 152.

2. FONTINALIS foliis imbricatis subulato-lanceolatis, capitulis lateralibus. *Linn. sist. nat.* 1332. *Squamosa.*
Potamogeton minus musco simile. *mag. Bot. app.* 304.
Muscus aquaticus terrestri vulgari similis. *mag. hort.* 139.
Habitat in fossis udis, *à Lattes*, *à Perauls.* Julio floret.

## POLYTRICHUM.

Mas. *anthera* operculata, apophysi minimæ insidens. *calyptra* villosa.

Fem. stellata in distincto individuo.

*Herba. fol.* imbricata rigida. *inflor.* mas. terminalis filamento rigido longo ; fem. terminalis sessilis.

1. POLYTRICHUM caule simplici, antherâ parallepipedâ. *h. m.* 531. *Le perce mousse.* *Commune.*

Muſcus capillaris. *mag. Bot.* 179. *hort.* 138.

Muſcus juniperifolius capitulo quadrangulo. *Vaill. Bot. par.* 131. *tab.* 23. *fig.* 8... muſcus ſaxatilis aut ſylveſtris. *mag. hort.* 138.

* PHARM. *Adianti aurei* herba. Vis bechica, antipleuritica, ſudorifera.

*Alpinum.* 2. POLYTRICHUM caule ramoſiſſimo, pedunculis terminalibus. *Linn. ſiſt. nat.* 1332.

HABITAT *à l'Eſperou, au Vigan, à Anduſe.* D. D. D. *Paulet, Arnaud, Clapiers.* Muſcus proſtratus; ſurculis teretibus ramoſis. Calyptrâ villoſiſſimâ.

## MNIUM.

MAS. *anthera* operculata, abſque apophyſi. *calyptra* lævis.

FEM. capitulum nudum pulverulentum in diſtincto individuo.

*Herba. fol.* alterna. *inflor.* maſ. filamento debili radicali. fem. ſeſſilis, terminalis.

*Hygrometricum.* 1. MNIUM acaule, antherâ nutante, calyptrâ reflexâ tetragonâ. *h. m.* 531.

Muſci capillaris altera ſpecies minor. *mag. Bot.* 179. *hort.* 138.

*Capillare.* 2. MNIUM antheris pendulis, foliis ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. *h. m.* 531.

Muſcus capillaris folio rotundiore, capſulâ oblongâ incurvâ. *mag. hort.* 138. *icon.* 139.

Muſcus capillaceus major, capitulis craſſioribus cylindricis nutantibus. *Tour.* 551.

*Fontanum.* 3. MNIUM caule ſimplici, geniculis inflexo. *h. m.* 532.

Muſcus capillaceus tenuiſſimus, pediculo longiſſimo purpuraſcente, capitulo rotundiori. *Tour.* 551.

*Serpyllifolium.* 4. MNIUM pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. *Linn. ſp.* 1113.

Muſcus polygoni folio. *Tour.* 555.

β. (Cuſpidatum) pedunculis aggregatis, foliis acutis ſerratis. *Linn. ſp.* 1113.

γ. (Undulatum) pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis. *Linn. ſp.* 1113.

HABITAT *à l'Eſperou, au Capouladou.* β. Antheræ craſſiores; folia ſubrotunda.

5. MNIUM caule dichotomo, axillis pedunculiferis, antherâ erectâ, foliis carinatis. *Linn. ſp.* 1111. *Purpureum.*

HABITAT cum priori, & *à Lamalou.* Folia tenuiſſima, exſiccata purpuraſcentia, filamenta purpuraſcentia.

## BRYUM.

Maſ. *anthera* operculata; *calyptra* lævis.

fem. in eadem planta.

*Herba. ſol.* radicalis. *inflor.* filamentum ortum è tuberculo centrali bulbiformi.

### * *Antheris pedunculatis erectis.*

1. BRYUM antheris erectis ſphæricis. *Linn. ſp.* 1115. *h. m.* 532. *Pomiforme.*

Muſcus capillaceus medius capitulis globoſis. *Tour.* 551.

HABITAT *à Gramont, Caſtelnau, ſous la citadelle.* Folia ſetacea longiuſcula.

2. BRYUM antheris erectis obovatis, calyptrâ ſubulatâ, ſurculis acaulibus, foliis ovatis muticis. *Linn. ſp.* 1116. *Pyriforme.*

Muſcus capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis. *Tour.* 553.

HABITAT copioſè cum priori, & circa urbem. Calyptrâ ſæpius obliquâ.

3. BRYUM antherâ erectâ oblongâ, calyptris laxis æqualibus perpendicularibus. *h. m.* 532. *Extinctorium.*

Muſcus capillaris minimus cucullatus. *mag. hort.* 139. *tab.* 82.

4. BRYUM antheris erectis ſubulatis, ſurculis acaulibus. *Linn. ſp.* 1116. *Subulatum.*

Muscus capillaris capsulâ longiore. *mag. hort.* 138.

HABITAT cum prioribus. *Antheræ* (cum operculo) lineas 4 longæ. *Filamentum* apice crassius. *Operculum* lineam unam longum mucronatum. *Calyptra* antherâ dimidio brevior.

*Rurale.* 5. BRYUM antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis. *Linn. sp.* 1116.

HABITAT copiosissimè supra muros, circa urbem. Folia angusta. Filamenta rufa longa. *Capsulæ* oblongæ obscurè rufescentes.

*Murale.* 6. BRYUM antheris erectis, foliis piliferis erectiusculis, surculis simplicibus cespitosis. *h. m.* 532.

HABITAT cum priori, & *à Lamalou.* Folia imbricata pilo longo albo terminata.

